



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Galeotti Martii Narniensis, De Homine Liber Primvs. Ad Ioannem  
Archiepiscopvm Strigoniensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

2  
GALEOTTI MAR-

TII NARNIENSIS, DE HOMINE LIBER

PRIMVS. AD IOANNEM ARCHI-

EPISCOPVM STRIGONIENSEM.

• CAPVT •



APVT dicitur totum illud quod **Caput,**  
collo sustentatur, cuius summi-  
tas quia ad occipitium in decliue  
uertitur, nuncupatur uertex. **Vertex**  
Iuuenalis, Tot res Impositas capiti  
quas recto uertice portat. Habe-  
tur etiam pro alterius rei altitudi-  
ne. Vergilius primo Aeneidos,  
Sic uertice caeli constitit. cum alias

pro polo in Georgicis ut Hic uertex nobis semp sublimis.

Capitis anterior pars, sinciput. Iuuenalis, Comedam ego **Sinciput.**

flebile nati Sinciput elixi. Quousque tendat generalis quadam

diuisione declarat Persius, Mihi festa luce coquatur, Vrtica

& fissa fumosum sinciput aure. Posterior uero occiput & oc- **Occiput.**

cipitium dicuntur. Persius, Occipiti caeco posticae occurrere **Occipi-**

fanna. Plautus in aulularia, quae in occipitio quoque habet **tium.**

oculos pessima. sed sinciput, uertex, occiput ut plurimum ca-

pillo teguntur. Caput autem dictum est, uel quia sensus ca-

piait, uel ut Varroni placet, quia ab eo sensus initium capiant.

Os capitis ubi capillus esse consuevit, calua nominatur. **Calua.**

Martialis tertio, Psilotro faciemque lauas & dropace caluam. Ab

a 2 hac

- Caluitiū.** hac caluitium est. Suetonius in primo. Caluitij uero deformitatem iniquissime ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus, ideo & deficientem capillum reuocare a uertice consueuerat. Descendit etiam a calua caluesco uerbum. L. columella septimo potior tamen est ratio custodiendi ne nascantur, ne ue in colla cōcaluescant; Caluaria totius faciei tam hominum. q̄ brutorum os nudum & sine carne significat. Rutilius Palladius in libro generali, Equæ caluaria, sed non uirginis, intra ortum ponenda est, uel potius asinæ. Creduntur enim sua præsentia fœcundare quæ spectant. Et in euāgelio legitur, Ductus est in Golgatha, quod est caluariæ locus. ibi enim multa supplicio affectorum capita cōspiciebantur. Caput iusiurandū græcorū. Iuuenalis.
- Græci iurant per caput.** Nondum Græcis iurare paratis  
Per caput alterius.  
Caput nudabant antiqui ob reuerentiam, ostendentes nudata principaliori parte, tanq̄ inermes sese maioribus dedere. Nunc uero & nudamus & caput submittimus, ac si illis nos inferiores putaremus. quod gestu corporis indicantes de animo intelligimus. Capitis tegmenta (caput tamē nunc appello id quod capillo tegitur) alia muliebria, alia uero uirilia, alia communia. Pileum, cassis, galea, uirorum. Calendrum, uitta, mitra mulierum, aut mollium uirorum aut puerorum, sicut dare ostendimus in inuectiua contra Philelphum. Huius partis morbi plurimi, sed omnes referre graue est, quosdam tamen non omittendos arbitror. Caput præcipue infestat scilicet Pfora, nam & aliorum membrorū est. Est autē Pfora cutis asperitas squamosa, a scabie differens, Plinius uigesimo, naturalis historiæ, Scabiem, pruriginem, pforas.

psoras. Est quoque huius & aliorum membrorum Porri-  
go sic dicta, quasi porago, porcos enim afficit. Est autem porri-  
go minutus furfur. Horatius secundo sermonum.

Vngere si caules oleo meliore, caputque

Deperis impexa foedum porrigine.

Caput totum subiacet arieti signo. M. Manilius secundo Caput  
subiacet  
arieti.

Astronomicon. Arietis caput est ante omnia princeps  
Sortitus. Caput ubi compressius est a dextra & sinistra habet  
tempora, sic appellata, quia tempus & anni in eis dignoscun-  
tur. Vergilius quinto Aeneidos. Tempora

Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum

Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Tempora

enim primo canescunt, cauanturque magna diuturnitate tem-

poris, ut in equo apparet. L. Columella septimo, decimo ta-

men anno tempora cauari incipiunt, supercilia nonnunquam  
canescere, & dentes prominere. Caua ideo a plerisque dicuntur Tempora  
caua.

tempora, ex eo quod quæ circumstant tempora, sunt

eminentiora, quæ ad aures usque se extendunt. Vergilius sexto.

Populataque tempora raptis

Auribus, & truncas inhonesto uulnere nares.

Sed a capite capitatus est. L. Columella septimo, alii capita- Capitatus.

tas uineas, alii brachiatas magis probant. Capitis diminu-

tuum capitulum, ut in Terentio legimus, O lepidum capi- Capitulum.

tulum. Hinc Capitula, parua quædam rerum initia in libris Capitula.

nuncupamus. Et Capitulatus a capitulo deriuari res ipsa in- Capitu-  
latus.

dicat. Plinius decimosexto naturalis historię, solebat capi-

tulatus utrinque duro furculus feri. A Capillo quo capitis

superiorem partem tegi diximus, Capillatus. Vnde in illo Capillatus.

egregio opusculo, quod omnibus fere notum est, cum de

- Occasio** illa dea quæ ab antiquis Occasio dicitur, cuius frons crinita est, occiput uero caluum, ut Ausonius Gallus elegantissime describit, sic legitur,
- Catonis carmen putat.** Fronte capillata, post hæc occasio calua.  
Et Lothon illam uetustam, Romæ capillatam dixerunt, quare ad eam capillus Vestalium uirginum ferebatur. **Capillus** quo caput tegitur multa sortitur nomina, Nam cirrus uocatur. Persius,
- Ten cirratorum centum dictata fuisse  
Pro nihilo pendas? Ouidius,  
Cirris & adempto nomen est adepta capillo.  
Et Cirrinam, Vergilius sub hoc nomine dedit, quia de filia Nisi mentionem facit. Est autem Cirrus plusculi capilli coadunati in modum caudæ pendentes. Vnde Cirres ostrea quædã capillata dicta sunt. Nam multa huiusmodi in mari reperiuntur, & Plinius cum de conchis meminit, iam distinctione, ungulata, crinita, crispa. Martialis.  
Teq; iuuant cirres & pelle malandria cana.  
De pisce utrunq; dicitur. Quod autem ostreorum capillamenta dicantur cirri, ostendit idem Martialis libro septimo.  
Et ostreorum rapere liuidos cirros.
- Cincinnati Anuli.** Cincinnati dicuntur etiam plusculi capilli intorti, quos Martialis anulos uocauit secundo epigrammaton.  
Vnus de toto peccauerat orbe comarum  
Anulus.  
Plautus in truculento, Iam ego istos fictos, compositos, crispas cincinnos tuos unguentatos usq; ex cerebro expellam.  
Hieronymus in Ezechiele, Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei.

FRONS

**F**RONS a foratu oculorum ( ut ait Varro ) dicta Frons.  
 a dextra & sinistra temporibus , a superiori ca-  
 pillorum radice. Ab inferiori uero parte super-  
 cilijs terminata corrugatur in tristitiam, & in læ-  
 titiam dilatatur, & pudorem significat. Persius,

Exclamet melicerta perisse  
 Frontem de rebus.

Et ob hanc causam frontem Genio prisca cōsecrarūt. Frons  
 quoq; de alijs dicitur. Vergilius.

Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrū. Is cui frons  
 eminentior est, ita ut a dextra sinistraq; recisa uideatur, Cilo  
 sine, h, aspiratione uocatur, ut ait Festus. In medio fere  
 frontis uena quædam recta, quæ percuti ut sanguis effluat  
 in delirio medici iubent. Nam si phreneticus, sanguinis di-  
 minutione indiget, periculosum est, brachium manum ue  
 incidere, ne delirans ille uenæ ligamentum turbet ac interci-  
 dat, sibiq; ipsi mortis causam afferat. Ideo Iuuenalis ut  
 omnino insanum ostenderet & furiosum, dicit.

O medici mediam pertundite uenam.

Huius frontis & in homine prognostica sunt, ut tradunt  
 physiologi, & præsertim Trogus, quem allegat Plinius. Is  
 enim ait, frons ubi est magna, segnem animum subesse si-  
 gnificat, quibus parua mobilem, quibus rotunda iracundū,  
 uelut hoc uestigio tumoris apparente.

Frons pu-  
 dorem si-  
 gnificat.

Frons  
 Genio  
 cōsecrata

Cilo,  
 Vena in  
 medio  
 frontis  
 aperiēda  
 phrene-  
 ticus.

Progno-  
 stica fron-  
 tis.

# SVPERCILIA

Supercilia.



**I**NFR A frontem sunt supercilia sic uocata, quoniam cilio superposita sunt. Plinius undecimo naturalis historiae. Extremum genae superioris antiqui cilium uocauerunt. Vnde & supercilium.

Sed quoniam his annuimus, his negamus, mobilia enim sunt, partemque animi nostri indicant, ideo supercilium interdum fastum ac superbiam, plerumque grauitatem insinuat.

Supercilia  
pro fastu  
& graui-  
tate, qua-  
re?

Vergilius in priapeis.

Conueniens Latio pone supercilium.

Id est, grauitatem. Iuuenalis.

Si cum magnis uirtutibus affers

Grande supercilium, & numeras in dote triumphos,

Pro fastu & superbia. Quamobrem etiam pro eminentiori loco ponitur. Vergilius in Georgicis.

Ecce supercilio cliuosi tramitis undam

Elicit.

Hieronymus in libro numeri. Illo mortuo in montis supercilio, descendit Moyses cum Eleazaro. Sed qui prominentibus supercilijs sunt Sillones dici putat Nonius a Silleno, is enim hirsutis supercilijs fuisse tradit. Et in his quoque mores hominum deprænderunt physiologi. Nam supercilia quibus porriguntur in rectum molles, quibus iuxta nasum flexa sunt austeros, quibus iuxta tempora inflexa derisores, quibus in totum demissa maliuolos & inuidos significant. Sed supercilia in tutela Iunonis esse dixerunt ueteres. Nam his oculi proteguntur per quos luce fruimur, quam Iuno tribuit, unde & Lucina dicta est. Interstitium supercilia supra

Sillones.

E supercilijs, hominum mores arguuntur.

Supercilia in tutela Iunonis. Iuno, Lucina.

bus supercilijs sunt Sillones dici putat Nonius a Silleno, is enim hirsutis supercilijs fuisse tradit. Et in his quoque mores hominum deprænderunt physiologi. Nam supercilia quibus porriguntur in rectum molles, quibus iuxta nasum flexa sunt austeros, quibus iuxta tempora inflexa derisores, quibus in totum demissa maliuolos & inuidos significant. Sed supercilia in tutela Iunonis esse dixerunt ueteres. Nam his oculi proteguntur per quos luce fruimur, quam Iuno tribuit, unde & Lucina dicta est. Interstitium supercilia supra

supra nasum disternās (quare sine pilis ut plurimū esse consuevit) glabra siue glabella nominatur. Martianus Capella in primo. quarum una de osculata Philologiae frontē illic ubi pubem ciliōrū discriminat glabellae medietas. Glaber em sine pilis dicitur. Vnde facetiarū suarū memor Plautus in Aulularia dixit. Tu istū gallum si sapias glabrionē reddes mihi. Gallus gentē & pullum significat. & Glabrionum familia Romae erat. Vnde Accilius Glabrio uir Romanus fuit. Hic sermo uidebatur insinuare, ut ex Gallo Romanū faceret, cū diceret, ut depilaret pullum, glabrumq; redderet.

Glabra.  
Gabella  
Glaber.  
Locus  
Plauti.  
Gallus.  
Glabrio.  
familia.

• NASVS •

**A** Glabella initium sumit nasus, ibiq; summum nasi est. ubi uero dilatatio in nares se fundit, imum nasi dixerunt ueteres. Suetonius. ij. de duodecim caesaribus, cum de Augusto loquitur, Mediocres aures, nasum a summo eminentiorem, ab imo deductiorem. Sed nasus pro signo uituperationis ponitur. Nam ita Plinius in proemio naturalis historiae. Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum legerit, quasi abusionem & uituperationem reputabit. primus enim satyricum carmen cōscripsit. in quo utiq; uituperatio uniuscuiusq; continetur. nasus autem dixit quasi uituperationis signum, hactenus Plinius. quod profecto non mirum est. Nasus enim sagacem sapientiam recte representat, sumpta trāslatione ab animalibus. nam canes & uultures olfactu inquirunt, & quaedam animales sola odoratione suos ab alienis discernunt. Sapiens igitur & cautus est, qui odoratu abstrusa quoq; intelligit. Martialis. Non cuiusq; datum est habere nasum.

Nasi ini-  
tium.  
Sūmūna.  
Imū nasi.  
Nasus p  
signo, ui-  
tuperatio-  
nis.

b hoc est



hoc est sagacem intelligentiã. Horatius primo Sermonum.  
 Vt pleriq; solent naso suspendis adunco  
 Ignotos ut me libertino patre natum.

Nares

Nares sunt nasi latiores partes ubi respirãdi foramina ui-  
 dentur. Vergilius in Georgicis.

Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.  
 hæ quasi pariete quodam separãtur. dicunturq; nares, quia  
 per eas sæpe spiritus nat. & mobiles ad dextram sinistram  
 ue sunt. nam digitis quouis flectuntur aduncantur, crispantur  
 ue risu. Persius,

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

His truncatis quanta deformitate deturpetur facies. audiãt  
 Vergilius qui dixit,

Et truncas inhonesto uulnere nares. 77

Denasare

A naso denasare uerbum. & nasutus adiectiuũ descẽdunt.

Nasutus.

Plautus in Captiueis. Nãq; ædepol si habites propius os de-  
 nasabit tibi mordicus. Horatius primo Sermonum.

Sit nasuta breuis.

Martialis.

Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus.

Nasi pro-  
gnostica.

Nasi prognostica ut aiunt physiologi sunt, si a sũmo non  
 clementer ad imum deducatur. Sed ita flectatur ut quasi ro-  
 strum uideatur accipitris, rapacem, auarumq; demonstrat.  
 quibus uero narium angulũ carnosus sunt, hos malitiosos ue-  
 terem argumenta declarant. A naso defluit mucus & pitui-  
 ta. Catullus, Mucus & mala pituita nasi. Est enim mucus

Mucus.

crassior pituita. Obturatur aliquando nasus humore, hunc

Pituita.

morbum græci corizam, ut ait Cornelius Celsus, nos graue

Coriza.

dinem uocamus. A grauedine in hac significatione Corne-  
 lij grauedinosus formatur. Cicero. iij. Tusculanarum, Ut

Grauedo

sunt alij

sunt alij ad alios morbos procliuiores. itaq; dicimus graue <sup>Grauedi-</sup>  
 dinos quosdam, quosdam torminosos. nō quia iam sint, <sup>nosus.</sup>

sed quia sæpe sint ita. Catullus  
 Sentire cesso q; grauedinem & tussim.

Et polypus nasi morbus est. In naribus enim caro corrupta <sup>Polypus.</sup>  
 radices agit plurimas, quæ tanq; pedes sunt, & hinc nomen

accepit. Nam ut polypus piscis est, quæ quidā latine remorā  
 uocant. Horatius primo Sermonum.

Turpia decipient cæcum uitia, aut etiam ipsa hæc  
 Delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.

A polypo polypofus. Martialis,

Nasutum uolo, nolo polypofum.

Sed qui sine naribus nascuntur, habentes tantū modo fo <sup>Polypo-</sup>  
 ramina pro naribus, Bossimos & Simones cognominauit <sup>sus.</sup>  
 latinitas, ut ait Plinius, xi. naturalis historiæ. Pili uero qui <sup>Bossimi.</sup>  
 in naribus sunt Vibrissæ ideo dicuntur, quia cum euelluntur <sup>Simones</sup>  
 uibratur caput, ut ait Pompeius Festus. Ciliū dixim⁹ extre <sup>Vibrissæ</sup>  
 mum genæ superioris uocari. <sup>Cilium.</sup>

## GENAE



GENA uero est, quicquid inter barbam id est eā <sup>Gena.</sup>  
 partem quæ in facie pilo uestitur, & cilium est.  
 Nam quæ oculos tegunt, genæ appellantur.  
 Quintilianus de cæco, Illa perpetua nocte  
 clausæ genæ non custodierunt. Plinius undecimo, Omni-  
 a insecta non habent genas, nec integunt oculos. Est ge-  
 na inferior, quæ ab inferiori, & superior quæ a superiori par-  
 te oculos claudit. Gena usque ad malas se extendit, immo  
 ipsæ malæ ab antiquis genæ uocabantur. huius rei testis est

b 2 Plinius

Malæ. Plinius. xi. naturalis historiæ, his uerbis, Malæ homini can-  
tum, quas prisci genas uocabant. xij. tabularum interdicto  
radi eas in sceminis uetâtes, pudoris hæc sedes, ubi maxime  
ostenditur rubor. Apuleius in Magia, Purpuris infectas ge-  
nas & oculos illices. Silius in primo

Et lumina retro

Exæsis fugere genis.

Genæ. Genæ pilos habent in modū ualli, quos a palpitâdo pal-  
pebras nuncuparunt. Lucretius. iij.

Brachia palpebræq; cadunt poplitesq; cubanti.

palpebræ  
Palpebra Et in his hominum mores physiologi deprenderunt. Nā  
rum phy cum sæpe palpitant, timidum ostendunt, cum uero non con-  
siologia. niuent, audaciam indicant maximam. Genæ sæpe intume-  
scunt defluente humore superuacuo ad oculos. Is morbus

Epiphora/ Epiphora oculorum dicitur. nam & aliorum membrorum  
ra oculo/ epiphora est. Apud Plinium, epiphoris oculorum illinitur,  
rum. sermo frequens est. & L. Columella, Epiphoram supprimit  
polenta conspersa mulsa aqua, & in supercilia genasq; im-  
posita. Sed de alijs quoq; membris dici Plinius demonstrat  
his uerbis, testium uero epiphoris cum ramis laureæ tenere  
adeo peculiaris est.

## OCVLI

Oculi.



Ntra genas continentur oculi, ab oculendo no-  
minati. latent enim sub cilijs & genis. quorū or-  
bes diuersi coloris habent pupillā. Vergilius in  
Culice.

Naturæ pupula telo

Pupula. Icta leui.

Cuius dimi,

Cuius diminutiuum pupilla, illud significat quo intuemur. Vnde in sacris legitur, Et pupillæ oculorum eius non uidebunt lucem. Sed qui duarum pupillarum fuerunt eos omnia oculis effascinaſſe refert Plinius. Illud quoque non eſt omittendum in pupilla duntaxat uim eſſe cernendi. Lucretius. iij.

Vt lacerato oculo circum ſi pupula manſit Incolumis ſtat cernendi innata poteſtas  
Omni modo, nec totum corrupas luminis orbem,  
Et circuncidas aciem, ſolamq; relinquant.

Oculorū uitia & morbi plurimi, ſed in animo eſt aliquot referre nō omnes. Nam Strabones hi appellātur quorum oculi deprauati ſunt, & hinc familia Strabonum Romæ fuit. Pati cognominantur, quorum oculi celeres, huc atq; illuc uertuntur, per tranſuerſumq; inſpiciunt, quod ad decorem non ad deformitatē ſpectare uidetur. Vergilius in Priapeis Minerua flauo lumine Venus pato.

Horatius primo ſermonum.  
Siquod ſit uitium non faſtidire, ſtrabonem  
Appellat patum pater, & pullum male paruus.  
Si cui filius eſt.

Et hinc quoq; Patorū familia cognomen ſumpſit, Ceſij autem oculi, quaſi celij id eſt cyanei coloris a ueterib⁹ dicti ſūt. & hñ quoq; flauī appellantur. quaſe Mineruæ fuiſſe dixit Poeta in Priapeis. Coclites uocauit antiquitas eos, qui altero lumine orbi naſcūtur. Vnde & familia Coclitum. Cuius rei non ignarus. Plautus ſui leporis memor in Curculione, Vnocule ſalue. Curculio autem ſeruus Liconi reſpōdit, queſo derides ne me. Iniuria enim uidebat exprobratio effoſſi

Pupilla.  
Duarum pupillarū hoies effaſcinatores

In pupilla uis cernēdi.

Oculorū uitia & morbi, Strabones. Familia Strabonū Romæ. Pati.

Patorū familia Ceſij oculi. Coclites. Familia Coclitū.

Plauti locus.

b 3 luminis.

- luminis, quod animaduertens Lico hominem placuit. Inquit em̄ de Coditū profapia te esse arbitror. Nā sic sūt unoculi. Lusciosos Nonius uocat, qui ad lucernam non uident.
- Lusciosi** Miopes uero qui minutius cernunt græce dicuntur. Luscio
- Miopes** uero eorum est uitiū, qui clarius uesperī q̄ meridie cernunt
- Luscio.** ut ait Festus. Luscus & hebetioris uisus, & defsioculus uocatur. Iuuenalis,
- Luscus.** Cum Getula ducem portaret bellua luscum.
- Defsioculus.** Martialis. xij.
- Hinc defsioculus, & inde lippus.
- Oculeus.** Ab oculo oculeus, oculatus, & oculo oculus, uerbum nascitur. Nā ab ocello ocellatus est, Plautus in Pseudulo, Cæca hercle oliuum, id uendito oculata die. Idem in Aulularia. Quos si Argus seruet qui oculeus tot⁹ fuit. Tertulianus in Apologetico, Sed quia iam expolitos & ipsa urbanitate deceptos, in agnitionem ueritatis ocularet. & in Suetonio, in uita Augusti, ocellatas nuces, pro multis foraminibus distinctas legimus. Anguli oculorum de quibus Iuuenalis, Si prurit frictus ocelli angulus. Alio uocabulo, Irqui siue irculi a Suetonio de uitijs corporis, ut ait Seruius dicti sunt, ad quod illud Vergilij, dictum uidetur,
- Transuersa tuentibus irquis
- Libido** Solet enim, ut idem ait, libido oculos uariare. Iuuenalis,
- oculos uariat.** Oculosq; in fine trementes.
- Irquitalli.** quod Seruij ac Suetonij dictum confirmat, Festi autoritas qui Irquitillos pueros dici ait, qui primo uiriliter suam, experiuntur. Concauitas genarum ubi lachrymarum conceptacula sunt, ob quandam similitudinem sinus dicuntur.
- Sinus.** Vergilius. iij. Aeneidos

Sic effata

Sic effata sinum lachrymis impleuit obortis.

Sed cum de uitijis supra dixerimus, nunc ad morbos oculi  
 lorum transeamus. Lippitudo est humor collectus quasi  
 quædam sanies. nam & hæc quoq; mouet homini inspicie  
 ti fastidium. Martialis, xij. Oculorū morbi. Lippitudo.

Hinc instat tibi textor inde ullo .

Hinc sutor modo pelle basiata.

Hinc menti dominus pediculosi.

Hinc defioculus, & inde lippus

Fellatorq; recensq; cunnilingus,

lippitudinem inter fastidia maxima locauit. Est enim lip-  
 pitude oculorū morbus. Cornelius Celsus, Si frons prurit  
 lippitudinis metus est. A lippo, hoc est qui hoc laborat mor-  
 bo, Iuuenalis,

Quem pater ardentis masse fuligine lippus,

lippo uerbum oritur. Nam sicut lipporū oculi humore glu-  
 tinoso uix aperiuntur, sic lippire dicuntur, quæ impediuntur Lippire.

humore tenaci. Plautus. in Curculiōe, Os amarū habeo, de-  
 tes plenos, lippunt fauces fame. ac si dicere uellet, in faucib<sup>9</sup>

pituitā esse lippitudini nō dissimilē. Est etiam oculi malum Glauco-

glaucoma. tunc em̄ oculi liuidi & plumbei coloris apparēt, ma-  
 quod curatu difficilimū est. licet Serenus dicat,

Si uero horrendum ducent glaucomata plumbum,

Spiritus alterius, prodest qui grana cimini

Pallentis mandens uisus exhalat in ipsos.

Aegilops morbus oculi in angulo iuxta nasum, ex quo sa Aegilops  
 nies emanat. Plinius. xx. naturalis historiae. Nepita uires cō-  
 tra serpētes habet. ex ea em̄ odorē fugiunt, quā & substerne  
 rein metu obdormituris utile est, & tunsa ægilopis imponit  
 & capitis

**Pteregiū** & capitis doloribus. Pteregiū a nonnullis iunioribus dicitur ungula oculi, ob quandam similitudinem. nam est membrana quaedam crassa atq; neruosa, albo rubroq; distincta, ex altero oculorum angulo orta ad pupillam pergens. licet pteregiū etiam de alijs dicatur. Nam caro superuacua, unguis digitosq; crescendo operiens, hoc nomine appellatur. Plinius. xxxiiij. naturalis historiae. Cathiniae effectus, siccare, sanare, sistere fluitiones, pteregia & sordes oculorum purgare. Idem. xxiiij. Illinitur eadem cum fico & pteregijs digitorum ex uino. hæc in oculi superficie. Sed albugo est subtercutaneus morbus ad similitudinem nubeculae. sunt etiam & cicatrices quasi signa quaedam in oculis subtercutanea, quorum meminit Plinius. xxxiiij. naturalis historiae. æs ipsum ad omnia eadem uritur, præterq; ad albugines oculorū & cicatrices. Sed oculorum prognostica longum esset referre. nam cum fenestrae sint animorum, quid eorum color, quid uero frequens motus, quid item acrimonia indicent, nemo fere ignorat. Vnum tamen non reticendum est, eos maleficos esse, pessimisq; moribus quibus oculi sunt longi. Si candida pars oculi extenta est, aperiturq; tota, impudentiam, cum autem operitur nec omnino ostenditur, inconstantiam indicat. de oculis hucusq;.

Albugo

Oculorū prognostica.

## MALAE

**M**ALAE sequuntur genas, quas homini tantum tribuit Plinius. licet poeta Vergili<sup>9</sup> in. iij. Gæorgicorum de equino genere dixerit.  
 Quo tempore Glauci  
 Potmiadae malis membra absumpsere quadrigæ.  
 malas malum

Malas malum, sicut genas genu ob curuaturam similem nominarunt, rotundiores enim sunt. Nam malus prima producta uoce adiectiuum apparet. Malus enim nauis arbor, masculino genere. Lucretius secundo,

Antennas proram malos tonsasq; natantes.

Mala in facie pars rotundior ac eminentior de solidis loquor, foeminini est generis. Malum uero neutri, species potius est. Adiectiuum ergo hoc in tribus uocibus, tria significat diuersa, quae tamen rotunditate congruere cognoscimus. a mala maxilla est diminutiuum uoce, non significatione.

Non enim sic uocatur, quia sit mala parua, sed quia infra malam locatur. Persius,

Tu cum maxillis balantum gausape pectas,

Inguinibus quare detonsus gurgulio extat.

Nam maxillae barbescunt, & has uocamus buccas. Buccae Buccae.

em sunt ea omnia, quae possunt in facie spiritu inflari. nam eousq; se extendunt, quoad inflat spiritus, & barba uestit.

Horatius primo sermonum,

Quid causae merito quin illis Iupiter ambas

Iratus buccas inflet.

Iuuenalis de Cornicinibus loquens,

Quondam hi cornicines & municipalis harenae

Perpetui comites notaeq; per oppida buccae

Munera nunc adunt.

Cornicines autem & tubicines sola tubae forma differunt, quando quidem tuba recto aere, cornu uero flexo conficiuntur. Ouidius primo metamorphoseon,

Non tuba directi, non aëris cornua flexi.

Buccas autem eorum notas dixit per oppida, quia eas inflabant.

c Idem,

Cornicines.  
Tubicines.  
Tuba.  
Cornu.



Idem, Et bucca foculum excitat.

Plautus in Truculento, quæ istas buccas tam belle purpurifas habes. A bucca buccula genus armaturæ, buccas tegentis. Iuuenalis,

De casside buccula pendens.

Cassis. Buccatū tegmen. Cassis caput, buccula uero barbata partes armabat. Vnde in historijs, & maxime in Commentarijs Cæsaris buccatum tegmen legimus. erat enim buccula cassidis supplementum.

Bucculus. Buccula, cuius masculinum bucculus, alterius significationis. L. Columella septimo, cum deinde bucculos comprehenderit, perducito ad stabulum, & ad stipites religato. Vergilius quarto Georgicon.

Aut errans buccula campo

Decutiat rorem.

Bucculam ac bucculum, paruos boues dictos, quia ab ipsis palearia tanquæ bucculæ pendent persuaderet ratio, nisi alia quoque monosyllaba in us terminata, huiusmodi diminutiuis uterentur. nam sus succulum, & mus musculum facit. Buccam pro ore poni, frequens sermo indicat, in buccam uenit, in buccam cadit. Ab hac significatione buccæ & buccellæ, quæ tantum esca signant, quantum commode ore capitur.

Dixit Augustus in epistola ad Tiberium, Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium seruat, quæ ego hodie seruauit, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccæas manducaui, priusquæ ungi inciperem. Et in Psalmis, Misit cristallum suam sicut buccellas, antem faciem frigoris eius quis sustinebit? A bucca bucco, & bucculentus. Buccones qui tumidioribus sunt buccis, ex ipsa physionomia pingui minerua, id est, crasso ingenio sunt.

Plautus

Plautus in Bacchidibus . Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardí,  
blenni, buccones, solus ego omnes anteo stultitia. Buccalen-  
tum ponit idem Plautus in Mercatore, Ego dicam tibi ca-  
num, uarum, uentriosum, bucculentum. Os oris foramen Os.  
buccarum. Iuuenalis,

Nec habet quem porrigat ore trientem.

Sed huius est lata significatio, nam tota hominis facies os  
dicitur. Ouidius,

Prona q̄ cum spectent animalia cætera terram,

Os homini sublime dedit cælumq̄ uidere Iussit. Nam pro  
persona tanq̄ nouum & licenter dictum putat Macrobius. Os pro  
persona.

Ora q̄ corticibus sumunt horrenda cauatis.

Quod in Gæorgicis est. In ore & mores hominum nosci te-  
stantur physiologi. Nam sparsum nimis uoracem, ac loqua  
cem ostendit. Os osculum facit, quod duo significat, est em̄  
osculum Oris phy  
sionomia  
Osculum

Videt oscula quæ non

Est uidisse satis.

Et huius quoq̄ diminutuum apud idoneos extat. Vergi-  
lius in Gæorgicis,

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Oscillum

L. Columella secundo, Reliquum quod seminis sup̄est,  
in tabulatum quo fumus prouenit, optime reponas, quo-  
niam si humor inuasit, uermes gignit, qui simul ac oscilla lu-  
pinorum adederint, reliqua pars enasci nō potest. Sed cum  
osculum basium significat, ratione parui oris est, non enim  
basium dare possumus, nisi ex ore fiat osculum, nam quæ  
sparsa sunt in ore, stringuntur, exporrigunturq̄ in oscu-  
lum, hinc notum illud uerbum osculor. Ea pars quæ in ho-

Osculor.

mine ridente, lineis quibusdam terminatur, rictus nuncu-  
**Rictus.** patitur. Iuuenalis,  
 Ipse ad conspectum canae deducere rictum  
 Suetus. Martialis tertio,  
 Cum comparata rictibus tuis ora  
 Nilivus habeat crocodilus angusta.  
 De quo Lactantius, Sic oris quoque species & rictus extrans-  
 uerso patefactus, quod utilis, quod decens sit, enarrari non potest.  
 & hic, sicut cetera fere omnia, cum belluis communis est. Ab  
**Ringor.** hoc enim ringor uerbum, quod a latraturis canibus sumpta  
 translatione dicitur, ut ait Donatus. Terentius in Phormio-  
 ne, cum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Est autem  
 ringi initium irae ac stomachi dare, quod recte a rictu sumit  
 exordium, quoniam rictus notas habet passionum pluri-  
**Labia** mas. nam in eo labia sunt duo, inferius & superius, quae pro-  
**Comprimuntur,** ut animus affectus est, comprimuntur saepe, nonnunquam com-  
**Exporriguntur.** pesuntur. Iuuenalis,  
 Digito compeste labellum.  
 Interdum exporriguntur. Persius,  
 Atque exporrecto trutinantur uerba labello.  
**Labra.** Et haec omnia in ipso rictu creantur. Sed a labris siue labijs,  
 utrumque enim apud idoneos reperitur, dicta sunt cognomi-  
**Labeones.** na Labeonum teste Plinio, & non a labe, ut ait Priscianus,  
 repugnat enim quantitas. Persius,  
**Contra Priscianum** Nectroiades Labeonem  
 Prætulerint.  
 Et labe prima enunciatur producta. Vergilius secundo,  
 Hinc mihi prima mali labe.  
**Labrum.** Labrum uas magnum dicitur. Plinius iunior in epistolis,  
 marmoreo

marmoreo labro aqua exundabat. Et in labris quoque physi- Labiorū  
 sionomia est. nam quibus crassa ac inuersa labia sunt, Ga- physio/  
 neones putauit antiquitas. Valleculam superioris labri per nomia.  
 similitudinem lacunam uocat Lactantius, A radice inferio- Lacuna  
 ris labij, mentum sumit initium, quod licet homini tantum labri.  
 tribuat Plinius, tamen apud Plautum legimus in Mene- Mentū.  
 chmis, glandionicā, suillam, lardum, pernam, itidem aut sin-  
 ciput, aut menta porcina. ab hoc mentagra morbus dicitur, Mētagra  
 de quo inferius late dicemus. Ea autē quæ sub mento sunt, Buccula.  
 non habent peculiare uocabulum, nisi buccula quoque a simi-  
 litudine dicatur. Suetonius septimo de Galba, Cōstat Au-  
 gustum puerum adhuc salutantē se apprehensa buccula di-  
 xisse. Sed tota hæc capitis anterior pars quæ in lætitiā ef-  
 funditur, contrahitur in tristitiā, in iram, gaudium, mœ-  
 rorem, & plurimas perturbationes resoluitur. Nam fronte,  
 supercilijs, naso, oculis, genis ipsi, notas animi indicamus.  
 Auolendo dicitur uultus. in homine enim facies manet, Vultus.  
 uultus mutatur, cuius rei uocabulum non habent Græci, Facies.  
 teste Tullio in primo de Legibus. Nam & oculi nimis ar-  
 guti, quemadmodum animo affecti sumus loquuntur, & is  
 qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse præter ho-  
 minem potest, indicat mores, cuius uim Græci norunt, no-  
 men omnino non habent. A uultu uultuosus deriuatur, Vultuo/  
 quod tristem significat. ut ait Nonius allegans Ciceronem, sus.  
 in quo cum effeceris, nequid ineptum sit, aut uultuosum.  
 Apud uetustos uultum neutro genere reperitur. Lucretius Vultam.  
 tertio de natura rerum,

Sed quos utriusque figuræ  
 Esse uides mixtim miscentes uulta parentum.

c 3 Illud

Irrisionis Illud quoque non omittendum arbitror irrisionis genera plu-  
modi plu ra exultu fieri. Et licet fannæ. i. irrisionis plures sint modi,  
res. teste Persio,

Occipiti cæco posticæ occurrite fannæ.

Sannio/  
nes.  
Menti  
physio/  
nomia.

Illud præcipuum uidetur, quod ore fit distorto, quapropter  
fanniones uetustas appellauit. hi enim non recto sunt uultu,  
& ita se formant, ut omnibus sint risui. Hæc de faciei parte  
anteriori dicta sufficiant, si illud quoque monuerimus, Men-  
tum oblongum mitem hominem, & iræ non obnoxium,  
breue autem immitem ac inuidum insinuare. Vnde in sexto  
Aeneidos, siue Apollineo ductu, siue physionomiæ scien-  
tia, quam doctissimi uiri secuti sunt, & Aristoteles in disci-  
plinis uir maximus non neglexit, immo, ut ait Plinius, scri-  
psit, a Poeta Vergilio, in laudem morum ipsius Numæ re-  
gis Romani dictum uidetur,

Nosco crines incanaque menta

Regis romani.

Menta p  
mento.

Pluratiuo enim numero usus creditur, cum de uno diceret,  
ut illius regis mitem naturam ostenderet. Nam cum menta  
dixit pro mento, satis clare manifestauit, se de magnitudine  
menti intelligere, quod usitatum apud obseruantissimos la-  
tinæ linguæ uidemus. Vnde Horatius magnitudinē Romæ  
considerans, non urbem, sed urbes in arte Poetica posuit,  
Postquam cepit agros extendere uictor, & urbes

Latior amplecti murus.

Mentum sic a Vergilio positum, mitem ostendit regem Nu-  
mam. Nam & apud antiquam Græciam moris fuit, ut ait  
Plinius, in supplicando mentum attingere.

Aures.

# AURES

**I**N parte capitis posteriori, quæ ab occipitio initium capit, aures locabo, quæ dictæ sunt, uel ab hauriendis uocibus, ut ait Lactantius, & Vergilius accedit. Vocemq; his auribus hausi. Vel dictæ quasi audes. R, em̄ & D, sibi inuicē cedunt. Nam aduena & aruena, aduenio & aruenio prisca dixerunt. Sed aures ex cartilagine constant, & in homine immobiles sunt, & in his cognomina sunt reperta familiarū. Nam Flacci ab antiquis uocati, quorum aures flaccidæ ac languidæ deorsumq; pendentes sunt. auris tamen cartilago quæ apparet, quæ foramen aurium dicitur. Lucretius sexto, Triste supercilium, furiosus uultus & acer, Sollicitæ porro plenæq; sonoribus aures. Hæ quoq; tam de animantibus, quæ de his quæ anima carēt, recte dicunt. Vergilius in Gæorgicis cum de aratro loquit, Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso. Ab aure auritus. Horatius primo Carminum, Blandum & auritas fidibus canoris, Ducere quercus. Sed auritus non modo ad auditum, sed ad magnitudinem aurium refertur. Vergilius, Auritosq; sequi lepores. Ornamenta aurium in aures a ueteribus dictæ. pendebant enim ab auribus perforatis. Vnum tamen ex his notum & uetustum allegans Ceciliū, Festus meminit. dicit em̄ Stalagniniū genus inauriū fuisse, Ostendit hæc ornamenta ad annulorū effigiem. Plautus in Penulo, Quid iam quia incedunt cū annulatis auribus, & huius quoq; membri-morum indicia esse nō tacuerūt physiologi, quandoquidē aiunt magnitudinem

Aures.

R, &amp; D, sibi inuicem cedunt. Flacci.

Auritus.

In aures.

Aurium physionomia.

- gnitudinem auricularū loquacitatis & stultitiæ notam esse.
- Surditas.** Aurium uitium surditas . nam surdi sunt qui nihil , surda-  
**Surdi.** stri qui parū audiunt. Hinc obsurdeo uerbum. Cicero sexto  
**Surda-** de Repub . hoc sonitu omnes fere completæ aures hominū  
**stri.** obsorduerunt . Sed surditas , unde actiuum surdo . as . ad  
**Obsur-** omnes fere sensus refertur , præsertim ad olfactum , gustum ,  
**deo.** uisum , auditū . Surdum dicit̄ . cuius odor nō sentit̄ . Persius  
**Surdo.as** Nec spirent cinnama surdum .  
**Surdum.** Et ea quæ gustum amiserunt , exurdata dicuntur . Horatius  
**Exurdata** secundo sermonum ,  
 Feruida quod subtile exurdant uina palatum .  
 Ad uisumq; referri , testis est Plinius trigesimo sexto , ad hoc  
 quibusdam incurrit umbra , surdusq; color fit . Idem in eodē ,  
**Cæcus.** hebescent ni color surdus repercussu angulorum excitetur .  
 Dicitur etiam actiue & passiuē , sicut cæcus qui non uidet .  
 & cæcam noctem dicimus , in qua non uidemus . Nam sur-  
 dus qui non audit , & qui non auditur , in usu est . Iuuenalis ,  
**Surda** Surda nihil gerneret graue buccina .  
**herbæ.** Et herbæ surdæ a Plinio dicuntur , quorum nomina non  
**Absurdū.** sunt . sic dictæ , quia earum nomina non audiunt̄ . sunt enim  
 sine nomine . Et absurdum dictum creditur , quia tale nunq;  
 est auditum , uel quia tale est ut efficiat , ne audiretur am-  
 plius . Nam ab effectu surdus dicitur . Vitruuius architectu-  
 ræ quinto , etiam diligenter est animaduertendum , ne sit lo-  
 cus surdus , & ut in eo uox quam clarissime uagari possit .  
**Auris me-** Auris memoriæ consecrata . Vergilius in Buccolico .  
**morix** Cynthus aurem Vellit & admonuit .  
**facra.** Et hanc attingunt qui attestantur . hæc enim cōsuetudo erat  
 ut denunciante litem , attestatos haberēt , quibus præsentibus

bus conueniebant, ut aurem illis uellerent. nam attestari est confirmare. Vnde attestata fulgura dicta sunt ab antiquis quæ iterato fiebant, uidelicet significationem priorum attestantia. Nam qui attestari cupiebat aurem testis uellens ad monebat ut esset memor. testis uero aurem offerebat uellendam, sed tangerè non licebat nisi uolente teste. si autem testis cõtentus erat, tunc aurem præbebat, & ille aduersarium poterat in ius rapere. alioquin si manus iniecissent aduersario, capitale erat, & in hanc sententiam locutus est Horatius primo Sermonum.

Aurē at/  
tingebāt  
attestan/  
tes.

Attestari  
Attestata  
fulgura  
Mos atte  
stantium

Casu uenit obuius illi

Aduersarius, & quo tu turpissimè? magna

Inclamat uoce, & licet attestari. ego uero

Oppono auriculam rapit in ius clamor utrinq;

Vndiq; concursus.

Plautus in Persa, leno ad Saturionem parasitum sic inquit.

Nōne attestaris, & Parasitus, Tua ne ego causa carnifex cui

q; mortali libero aures atteram. Horatius ergo se testē ob-

tulit, cum auriculam opposuit uellendam. nam hic de quo lo-

quitur, cuidam in iudicio respondere debebat. nam in eodē

sermone dixit.

Casu tum respondere uadato

Debebat.

De auribus hæctenus.



• CERUIX •

Ab occipitio initiū capit ceruix, idest loc<sup>9</sup> ubi ca-  
put flecti potest. Ceruicis em̄ hæc comoditas  
est, ut ad dextrā sinistraue prorsum retrorsum  
d q; uertatur

Ceruix.



q̄ uertatur. constat enim ex ossibus orbiculatim uertebra-  
tis ex, quibus fit ad circumspectum facili. totum ergo hoc  
sub ceruicis nomine comprehenditur. Hinc est q̄ qui flecti  
nec regi possunt, ceruicis duræ perhibentur. In hac iugū pō-  
dusq̄ plerunq̄ imponitur Virgilius. ij. Aeneidos  
Ergo age care pater ceruici imponere nostræ,  
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.  
Huius ceruicis anterior pars gula dicitur.

**Ceruicis duræ homines.**  
**Gula.** Nam collum tam ceruicem posteriore q̄ gulam anteriori  
**Collum.** rem habet. ex his enim duobus collum constat. nam circa  
collum idest a lateribus fragitides sunt. Sic enim uocantur  
**Fragitides.** uenæ illæ grandes, quæ tumidæ ab utroq̄ latere colli appa-  
rent, ut ait Cornelius Celsus. Gula etiam cum ossibus intel-  
ligitur. Salustius in Catilinario. Laqueo gulā fregere. signi-  
ficat ganeam, id est gulæ uitium. Iuuenalis,

Dum gula sæuit. Petronius Arbiter,  
Ingeniosa gula est Siculo scarus æquore merfus.

Sed de hac latius in secūdo libro dicemus, ubi de interio-  
ri homine erit sermo. A gula gulosus tanq̄ notum relinqui-  
mus. A collo autem decollare uerbum, & collare nomen de-  
scendunt, primum omnibus notum. secundum autem pro  
uinculo colli accipi sentit Nonius. Frumen & rumen colli  
partes interiores sunt correspondentes eminentiæ, quæ in  
guttore apparet. Sed a frumine fruges dici putat Seruius.  
Et rumen ex se rumino uerbum facit. Est autem ruminare  
cibum ad rumen reuocare, iterumque conficere. L. Colu-  
mella septimo. propter quæ bos neq̄ ruminat, neque lin-  
gua se detergit. sumpta igitur a bestijs translatione latini-  
tas ruminare pro eo quod est in memoriam reuocare in  
usu

usu habet, Nonio teste, Collum, & maxime ea pars quæ  
 ceruix nuncupatur, multis uarijsq; morbis afficitur. Sed in-  
 ter omnes acutissimus est. qui quodam rigore neruorū mo-  
 do caput scapulis, & hunc Epistoton, modo mentum pecto-  
 ri, & hunc Prostoton, modo rectam & immobilem ceruicē  
 intendit, & hunc Tetanum Græci appellāt, quibus minus sub-  
 tiler quidam indiscretis his nominibus utuntur, ut ait Cor-  
 nelius Celsus. Sed rigidi colli tam bruta q̄ homines obsti-  
 pos idonei nuncupant. Persius,

Obstipo capite & figentes lumine terram.

L. Columella octauo. febricitātium signa sunt cum obsti-  
 pæ sues transuersa capita ferant, ac per pascua subito cum  
 paulum procurrerunt, consistunt. Collum complecti apud  
 ueteres moris fuit. Vergilius secundo,

Ter conatus eram collo dare brachia circum.

huius crassitudo fortitudinem, lōgītudo debilitatem præse-  
 fert. Collum tauro subiacet. M. Manilius. ij. astronomicon.  
 Censuq; sui pulcherrima colla Taurus.

A collo ornamenta plurima dependent. De torque non  
 multa dicenda arbitror, qui Torquato nomen dedit. aureū  
 enim torque Gallo detraxit, gulæ & colli ornamentum.  
 Torquis ambigui generis reperitur. nam genere masculino  
 apud Ouidium primo Fastorum.

Ex uno quidam celebres aut torquis adempti.  
 Propertius autem genere sceminino enunciauit.  
 Illi uirgatis iaculantis ab agmine bracis.

Torquis ab incisa decidit unca gula.

Monile quoq; collū ornat. Ouidius. x. metamorphoseō.

Ornat quoq; uestibus artus.

d 2 Dat digitis

Colli morbi.

Episto-  
tos.  
Prosto-  
tos.  
Tetanus.  
Obstipi.

Colli cō-  
plexus.

Colli cras-  
sītudo  
quid?  
Longitu-  
do quid?  
Colli or-  
namenta.

Torquis.

Monile.

ebra)  
go hoc  
flecti  
ū pō/  
  
terio/  
circa  
antur  
appa  
ntel/  
gni/  
  
erio-  
nqui  
en de  
a pro  
colli  
æ in  
uius.  
nare  
Colu-  
e lin/  
tini-  
ce in  
usu

Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.

Segmētū quoq̄ alio uocabulo segmentum uocatur. Iuuenalis.

Segmenta & longos habitus.

Idem.

Et segmentatis dormisset paruula cunis.

segmētum autē hac ratione ornatiorem torquem significat, quia collū circuit. nā segmentū circūl<sup>9</sup> est. Plinius sexto naturalis historiae. plura autē sunt hęc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, græci paralellos. Idem in eodem, quod superest terrarum tribus assignatur segmentis. hęc de capite & collo dicta sufficiant, nūc ad reliqua descendamus.

## • Humeri •

Humerorum latitudo quidē



Vmeris collū, de quo diximus, cōnectitur. Sunt autem humeri a quibus dependēt brachia, quorum quidem humerorum latitudo, ut tradunt physiognomiæ magistri, fortitudinē pariter ac prudēciam indicat. Vergilius. ij. Aeneidos

Hęc fatus latos humeros, subiectaq; colla  
Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis.

Idem in quinto.

Ostendit latos humeros.

Idem in sexto.

Atq; humeris extantem suspicit altis.

qui sermo de Platone dictus existimatur a Seruio. Fuit enim Plato athleta fortissimus, post uictoriam, philosophiam secutus. Datur etiam in his uitæ prognosticum, qui enim humeris incuruis sunt, longioris uitæ putantur. Humeri dicuntur etiam Armi, a quibus arma, ut ait Festus, pro re dicta, quoniam ab armis id est humeris dependebant, ut scutum, gladius

Humeri incurui. Armi.

gladius, pugio, sica, & ea quibus procul præliantur tela. ita moris erat apud ueteres. Vergilius primo Aeneidos. Namq; humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix,

Sed nunc usus obtinuit, ut armi brutorum dicantur magis. Virgilius in sexto.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Armillū autem uas in sacris dici putat Festus, quod armos id est humero deportat, sed armillā genere foeminino brachiorum ornamenta esse Liuius ostendit, primo ab urbe condita. Additur fabulæ q; uulgo Sabini aureas armillas magni pōderis brachio lauo gematosq; magna specie anulos habuerunt. De armillis ita loquitur Festus, Armillas ex auro, quas uiri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimāt, q; antiqui humeros cum brachijs armos uocabant. unde arma ab his dependentia sunt uocata. Esse autem armillas circulos quosdam & ad ornamentum tutelamq; corporis ostendit Propertius.

Armillū.  
Armilla.

Atq; armillatos colla molossa canes,

pro millo. est autem Millus quo canum armatur colla apud uetustissimos. Brachium quod maris, montium, arborum dicitur, aliquādo totum membrum, etiam cum manu comprehendit. Cornelius Celsus, primo. ob quam causam periti medici est non protinus ut uenit, apprehēdere manu brachium. Vergilius quinto.

Millus.  
Brachiū.

Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.

Idem in eodem.

Et euinctis attollit brachia palmis.

sed Vegetius militem describens longioribus brachijs esse

d 3 noluit

noluit. In his uis magna consistit. Vnde non mirum est brachij quoque in re militari ornamento fuisse armillas, tanquam his quæ uictoriam pepererunt. Huic dicto illud non est diftentaneum, Fecit potentiam in brachio suo. & in Isaia. & brachium domini cui reuelatum est. brachium enim potentiam fortitudinemque domini indicabat maximam. Brachium interdum uocatur ab humero ad cubitum, id est pars superior quæ armus dicitur, ut supra memorauimus. nam armos humeros cum brachijs, sed non econtrario dicimus. A cubito uero usque ad uertebam manus, lacertus nuncupatur. Qui dius, primo Metamorphoseon.

Lacertus  
Laudat digitosque manusque  
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.  
Q. Curtius quarto. brachia quoque & lacertos auro coluit.  
Lacerti autem, de quibus Virgilius in Buccolico.

Lacerti. Nunc etiam uirides occultant spineta lacertos,  
cuius foemininum lacerta, dicti sunt, quia pedes ad similitudinem lacertorum nostrorum habent. Lacerti musculosi sunt, & compacti, pulpasque habent duras. ideo ex se adiectiuum creant, quod significat torosum. Virgilius in priapeis.  
Bacchus comosus, Hercules lacertosus.

L. Columella septimo. Veruntamen ab aspectu non aliter probari debet, quam ut sit amplissimi corporis ceruice ualida, robustis ac latis costis, pectore musculoso, foeminibus lacertosis, id est dura carne et torosa, neruorumque collecta catenis. Quod autem lacerti huiusmodi carnes dicantur, Vergilius declarauit in quinto Aeneidos. Cum Entellum fortissimum heroum fere omnium describeret. Inquit enim.

Magna

Magna ossa lacertosq;

Exiit,

his duobus fortitudo coficitur. Nō enim in uiro forti membra sunt superflua carne distenta, Sed neruorum quos corporis catenas dicunt, duricie collecta. Brachiorum motum in saltatione apud antiquos fuisse, testis est Ouidius in libro de arte amandi.

Brachia saltantis, uocem mirare canentis. Idem.

Si uox est cantata, si mollia brachia salta.

Modū autem hunc saltandi cum quibusdam gesticulis apud Sarracenos nuper conspeximus, & apud Sclauinos nunc in usu est modus ille antiquorū. nam cum staticulos in chorea fecerūt, omnes uno eodemq; tempore terrā pede pulsant. Cui⁹ saltationis meminit Horatius in primo carminū. Iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna,

Iunctæq; nymphis Gratia decentes,

Alternō terram quatunt pede.

nā pro modo cātilenæ terrā feriebāt. Curuatura brachij ubi lacerto iungit, Cubitus siue cubitū genere neutro & masculi Cubitus.

no prodit. Plinius. vii. naturalis historiae, Inuenimus in monumento Salamine Euthimenis filium in tria cubita triennio ac creuisse. Plautus in capti. Nā meus est, balista, pugnis, cubitus, catapulta, humer⁹, aries. Brachij uitiū Ancus. nā is dicitur q obuncū brachiū habet. nō em̄ uitiū cubiti brachiū extendit, aut exporrigit. qualē fuisse romanū regē literis proditū est. Anc⁹ em̄ Martius ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος id est cubito incuruo Ancus.

dictus, Seruio affirmāte. A cubito, cubitale ornamentū fieri testis Horatius Flaccus in libro sermonum.

Fasciolas cubitale, fscalia.

Sed in

Cubiti cō Sed in mensura sunt communes cubiti & geometrici, de qui  
munes. bus paulo post dicemus. Brachia Geminis subiacēt. M. Ma  
Geomet trici. nilius. ij. astronomicon.  
Brachia Et in geminis æquali brachia sorte  
sub gemi Scribuntur connexa humeris.  
nis.

## MANVS

Manus.  
Artus.



MANVS sequitur lacerto adiuncta artibus. Artus enim omnium membrorum ossa habentium membrum membro alligant. ab artando dicti teste Prisciano, uel a græco uocabulo, quod autem membra & artus differant, nam hi nodum, illa uero trūcos significant, testis est Poeta in quinto Aeneidos cū dicit, Et magni membrorum artus, accedit etiam quod artus de animantibus tantum, membra uero de inanimis quoque dicuntur. Plinius iunior in epistolis magna sui parte meridiem spectat, æstiuūque solem ab hora sexta hibernum, aliquanto maturius quasi inuitat in porticum latam, & pro modo lōgam, multa in hac membra. Manus igitur membrum lacerto conectitur, ibique Pulsus est. de quo sic Plinius. Arteriarum pulsus in cacumine membrorum euidentis maxime index morborū, in modulos certos, legesque metricas per etates stabilis, aut citatius, aut tardius. Sed percussus pulsus alio in loco Plinius percussum nominat. nam uita gubernacula tenet, & ictu crebro, aut languido ualitudinem indicat. Est autem pulsus multiplex, sed formicans uicinam mortem prænunciat Plinius septimo. uenarū inæquali aut formicāte percussu, sed hoc ex arterijs est. Arteriæ sunt spiritus semitæ. Venæ autem sunt sanguinis riui. licet apud idoneos etiam

neos etiam repugnante a Gellio & contradicente, uena pro arteria dicatur. Persius,

Tange miser uenas, & pone in pectore dextram  
Nil calet hic. Idem. Postq̃

Tertia compositas uidit nox currere uenas.

Cornelius Celsus tertio, si protinus uenæ conciderint, & sa-  
pius eodē die, si inter plures accessiones, subinde uis corpo-  
ris deest. Manus igitur de qua dicere institueramus multa, **Manus.**  
plures habet significationes, nam ut omittamus quod mul-  
titudinem collectionemq̃ indicat. Vergilius sexto,

Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Non tacendum reor manum pro capiendi instrumento a  
ueteribus accipi, non dico de manu nostra, quæ digitorum  
collectionem & potestatem gerit. Lucanus primo,

In manibus uestris quantus sit Cæsar habetis.

Sed pro proboscide elephanti, nam hanc manum uocant **Manus**  
latini. Curtius quarto, cum de elephanto loquit̃ sic ait, Præ- **in ele-**  
cipue terribilis illa facies erat, cum manu arma uirosq̃ corri- **phanto.**

perent, & super se regentibus traderent. Idem in eodem, Co-  
pidas uocabant gladios leuiter curuatos, falcibus similes,  
quibus appetebant belluarum manus. Sed elephanti an- **Angui-**  
guimanus ideo uocantur, quia proboscis, quā manu dixi- **manus.**

mus uocari, ad omnem partem uertitur. Lucretius quinto,

Anguimanus belli docuerunt uulnera Pœni

Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Manus plerumq̃ pro scriptura manuū dicitur. Quintilia- **Manus**  
nus primo Institutionum oratoriarum, Causa cassus Cice- **pro scri-**  
ro & Vergilius scripserunt, sic manus eorum docent. Homi- **ptura.**  
nis manus in quinque digitos distinguitur, nam qui præ alijs **Manus ho-**  
e pollet **minis in**  
**quinque di-**  
**gitos di-**  
**stinguit.**

e pollet



Pollex: pollet potensq; est, pollicem dixerunt. Iuuenalis,  
Et uerso pollice uulgi  
Quemlibet occidunt.

Salutaris Index. Huic proximus est digitus salutaris, quem nonnulli iuniores indicem uocauerunt. Suetonius, in uita Augusti, dextraeque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore, uix cornei circuli supplemento scripturae admoueret. Martianus de nuptiis Philologiae. Verum quidam redimitus puer ad os copresso digito salutari silentium commonebat. Dicitur autem salutaris, uel quia non salutamus, nisi uisa & indicata. Vergilius tertio Aeneid.

Salutaris unde dicitur.  
Italiam laeto socij clamore salutant.  
Vel quia eo comprimimus os ad silentium, quod salutare est praecipuum. Salutari digito proximus est medius caeteris longior & apparentior, in medio positus digitorum ob ignauiam apparet. Indigere enim uidetur aliorum defensione, ideo apud antiquos infamis digitus uocabatur. Persius,  
Infamis digitus.  
Infami digito lustralibus ante saluis  
Expia<sup>m</sup> Iuuenalis,

Cum fortunae ipse minaci  
Mardaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.  
Hoc autem fiebat, ut ille, cui ostendebatur digitus, talis diceretur, & ignauus, & uitijs illustrior caeteris, sicut iste obscens digitus longitudine inter alios est eminentior. Hunc sequitur proximus minimo, quem medicinalem uocari ait Macrobius. Nam neruus quidam de corde natus, pergit usque ad digitum manus sinistrae, qui minimo proximus, ut legitur in libris Anatomicorum. Ob quam causam nouus nupris

Medicinalis.

ptus, huic digito tanq̄ cordis uicario, suæ sponsæ imponit  
annulum. Hunc igitur medicinalem de dextera dici non me-

mini legisse, sed digitus dicitur proximus minimo a situ. *Proxim<sup>o</sup>*

Qui uero ultimus est ob breuitatem minimus appellatur. *minimo.*

Concauitas manus, dicta est Vola. hinc uolare ad manus *Minim<sup>o</sup>.*

& pedes pertinens. Terentius, Vix me contineo quin inuo- *Vola.*

lem in capillum, & inuolare est in uola abscondere, ponitur *Volare.*

pro furari. Catullus, *Inuolare.*

Remitte palliū mihi quod inuolasti. Palma autē mani- *Palma.*

festæ significationis, cum de manu dicit. Vergilius primo,

Et tunc pectora palmis.

Nam proprie expansa dicitur. Minus iunior tertio episto- *Pugnus.*

larum. Sed ipsum Macedonem tam grauius palma per-

cussit, ut pene concideret. & ob hoc pro mensura ponitur, ut

suo loco dicemus. Pugnus uero compressa manus. Plautus

in amphitryone, Haud malum est huic pugno pondus. &

his duobus alapæ & colaphi incutiuntur. Iuuenalis,

Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Idem,

Ridere potest qui Mamercorum alapas.

Palmam autem arborem propter frondis similitudinem di *Palma*

xerunt, & caricas uocauerunt Dactylos, quia dactyli sunt *arbor.*

digiti, & caricæ palmarum digiti uidentur. Apitius, Et croci *Dactyli.*

dragma singulæ dactylorum ossibus torridis quinq̄, is de/

niq̄ dactylis nunc mollitis. Est & in manu dextra uiri, & si *E manib<sup>o</sup>*

niſtra mulieris, futurorum cognitio. Nam quæ a nonnullis *futurorū*

minus idoneis lineæ manus uocantur, latinitas uocat Incisu *cognitio.*

ras. Plinius undecimo, Contra longæ esse uitæ incuruos hu- *Incisura.*

meris & in manu una duas incisuras longas habentes. Ma/

num infestat Chiragra. Horatius primo epistolarum, *Chiragra*

e 2 Nodosa

Nodosa nolis corpus prohibere chiragra. Persius,  
Sed cum lapidosa chiragra

Fregerit articulos.

Chiro/  
graphū.

Chirographum uero chiragramq; græca esse tanq; uulga-  
ria relinquimus. Chirographum manu scriptum ad cautio-  
nem esse uel imperiti sciunt. Iuuenalis,  
Vana superuacui dicens chirographa ligni.

Vngues.  
Molles  
& lucidi.  
Acumi/  
nati.  
Reclu/  
uūm.  
Cluere.  
Paro-  
nychia.

Digitos operiunt ungues, in quibus mores quoq; hominū  
comprehendunt. nam molles, plani, ac lucidi ingenium de-  
nunciant, ubi simul cum digitis acuminantur memoriam  
etiam bonam. Et in his etiam morbus est. reclusiuum enim  
uocari dicit Festus, cum circa ungues cutis se soluit. Cluere  
em̄ soluere est. De paronychis apud medicos etiam sermo  
est, nam iuxta ungues est supputatio cum dolore. Plinius  
uigesimalitertio naturalis historiae, gingiuarum inflationib;  
paronychis, sordidib; ulceribus & putrescentibus deriva-  
tio est manifesta. Nam onyx dicitur unguis, & hinc lapides  
onyces ad similitudinē unguis humani. Lucanus, Vbiq;  
Calcabatur onyx.

Onyx.  
Sine un/  
guibus  
quidam  
nascunt.  
Defun/  
ctis un/  
gues cre/  
scunt.  
Digiti  
sub tute/  
la Miner  
uæ.  
Articuli.  
Articula/  
rius mor/  
bus.

Vt legimus, quidam sine unguibus nascuntur. Rationem  
huius a matre esse dicunt. Nam falsioribus usæ cibis, dum  
pregnantes sunt, partum sine unguibus pepererunt, & Pli-  
nius dicit, defunctis quoq; ungues crescere. Digiti sunt sub  
tutela Mineruæ. Digitorum esse dicunt articulos, quoniam  
parui artus sunt, & hinc articularius morbus, qui per omnes  
artus uagatur, quo dicitur laborasse Ennius. Q. Serenus,  
Si uero articulos tabes inimica per omnes  
Hæserit, ex ficu betas cum melle iugabis.  
Vel pelagi latices simul & baccheia dona

Sumere

Sumere curabis, nimio sed paruito uino.

Ennius ipse pater dum pocula siccata iniqua,

Hoc uitio tales fertur meruisse dolores.

Et articulos fidei tanquam membra religionis nostrae dixerunt. Articuli fidei.

Paruum quasi membrum & minutias dici demonstrat Plautus, qui in Menæchmis ait, Illa ego soleo, comoditatis omnes

articulos scio. Sed de brachijs & lacertis manibusque mixtim

& confuse, nunc de dextra & mensuris nomina membrorum

habentibus, peculiaris ac distinctis sermo nobis erit. Dextra fidei consecrata.

Dextra fidei consecrauit, ut narrat Liuius primo ab Vrbe condita. Hinc est quod Aeneas apud Vergilium quaerit,

Cur dextra iungere dextram

Non datur?

Hac enim corporis parte antiqui se uenerabant, quia fidei ac fortitudinis sedes est, nam qui auxilium quaerunt, dextram

petunt. Vergilius sexto,

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas.

Hanc supplices osculantur. Lucanus,

Oscula pollutae fixisse trementia dextrae.

Et qui iurabant per dextram tanquam fidei sedem, & uirtutis Dextra supplices osculantur. Per dextram iurabant ueteres.

ministram, deierabant. Vergilius septimo,

Fata per Aeneae iuro, dextramque potentem

Siue fide seu quis bello est expertus & armis.

Hac detrimento sui cognomina facit, nominaque imponit.

Nam Scauola dictus quia debilitata dextra, sinistra usus Scauola.

est. Liuius secundo ab urbe condita, Mutium demissum cui Scaea.

postea Scauolae a dade dextrae manus inditum. Scaea enim sinistra est, & Mutius sinistra est usus exusta dextra. De

scæua Vlpianus. hoc pacto de edilio edicto loquitur. scæ-  
uam sciendum est nō esse morbosum uel uitiosum, præter  
q̄ si imbecillitate dextræ ualidius sinistra uras, sed hunc nō  
scæuam, sed mancum esse. cui dicto accedit Iuuenalis cum  
dicit,

Tanq̄

Mancus & extinctæ corpus non utile dextræ.

Dexter. A dextra dexter, id est, propitius, Vergilius octauo,  
Et nos & tua dexter

Adipe de sacra.

Secūdo, Et aptus atq̄ agilis. Staius, quarto Syluarū,  
Signa frenatæ moderatus ala Castore dextro,

Læuum. Et læuum & sinistrum, nisi in rebus diuinis, quia non de-  
Sinistrū. xtra sunt, malum significant. De his hæctenus. De nomini-  
bus mensurarum nunc diceremus, nisi sese subgessisset anu-

Anulus. lorum mentio, nam hi quoq̄ manus ornant. Anulus, cuius  
Anellus. diminutiuum anellus, Horatius secundo Sermonū,

Sæpe notatus,

Cum tribus anellis, modo læua Priscus inani,

a rotunditate dicitur quasi anus. Apud ueteres diuerso no-

Cinguli. mine uocati sunt anuli. Nam prius uocauerūt cingulos, po-

Symboli. stea & Græci & nostri symbolos, teste Plinio. quod profe-

Symbol<sup>9</sup> cto non est admirandum, nam symbolus est nota & signū

& anuli militiæ notæ erat. Quod autē symbolus dicatur no-

ta & signum, testis est Cicero in Topicis, genus hoc Notati-

onem appellamus, quia sunt uerba rerum notæ. atque hoc

idem Aristoteles symbolum appellat, quod latine est nota.

Iustini lo- hæc Cicero. Iustinus. ij. Sollicitare eos in partes suas statuit.

cus. & cū colloquendi copiam nō haberet quo applicituri erant

symbolos proponi, & saxi proscribi curat. Symbolos autē

posuit

posuit Iustinus, pro literis, quæ sunt notæ & signa quædam. Sed apud uetustissimos digiti dicti sunt, ex Græco detorto uocabulo. Plautus in Pænulo, Atq; ut opinor, digitos in manibus non habent, quid iam, quia incedunt cum anulatis auribus. Hos quoq; unguolos & unguinos dici testis est antiquitas. Anulos gestare in digitis minimo proximis moris fuit, deinde in pollice, postea in minimo, plerumq; in salutaribus. Galliæ tamen & Britanniaë medios digitos anulis ornabant præter aliorum consuetudinem. Et hæc sunt digitorum ornamenta. Digiti autem sicut manus. & cubitus, percutiunt. digitorum percussus uocatur Condylus. Digitis enim complicatis aut medio digito ab ipso pollice eunte condylus est. Martianus in primo, Caput illi uirga comminuens, eidem quibus fuerat eblandita, ictibus crebris complicatisq; in condylos digitis uulnerabat. Condylomata autem a quadam similitudine dicuntur cæcæ hæmoroides & tubercula quædam corporis.

Digiti p  
anulis.

Vnguli.  
Vnguini

Anulos  
gestandi  
mos.

Cōdylus

Condylomata.

## DE MENSVRIS

**H**is igitur expeditis redeundum est ad id quod fuerat propositum. Nam mensuram a membris humanis dictam ordo exoptulabat. Nam hominis brachium, id est, ulna, cubitus, palma, digitus, pro mensuris accipiuntur. Vlna duplicis mensuræ est, nam aliquando cubitum significat, plerumq; tantum spacij, quantum utriusq; manus extensio capit, quod tamen in idem reuertit. Extensa em̄ palma bis, cubitum facit, intelligendo cubitum lacertum cum manu. Vergilius in Buccolico.

Tris

Tris pateat cæli spacium non amplius ulnas.

- Palma. Sed unum animaduertendum est palmam fœminini generis, & palmum neutri dici. Vitruuius Architecturæ secundo.
- Palmū.
- Doron. Doron autem Græci appellant palmum, quod munerum datio, græce Doron appellatur. Id autem spargitur per manus palmum. Palma quatuor digitos continet. Cubitus sex palmas. Vitruuius architecturæ tertio, homo ex sex pedibus. Cubitus ex sex palmis & digitis uigintiquatuor. Cubitus autem duplex, communis & geometricus. Communis duorum duntaxat palmarū, pedem habens, & dimidium.
- Palma. Cubitus.
- Cubitus cōmunis. Geometricus autem sex cubitorum est, quales fuisse in mensura arcæ ipsius Noe dicit Augustinus. Sed qui dicit ex sex palmis cubitum constare, de compressis intelligit, qui uero ex duabus, de extensa palma loquitur. Digiti duplex uatio est apud antiquos, nam alius quadratus, alius uero rotundus. Quadratus maior rotundo est tribus quartis decimis suis. hoc est, si quadratus in quatuordecim partes diuidatur, tribus ex illis partibus superabit rotundum. Et hæc res in mensuris differentiam facit, nam cum digiti diuersi sint, & ab ipsis cubitus, palma, pes, mensuram accipiant, necesse est pro digitorum conditione has quoque mensuras uariari. Sed cum de digitis loquimur, de rotundis intelligimus. Iuuenalis,
- De digi-  
tis cū lo-  
quimur,  
de rotun-  
dis intel-  
ligimus.
- Digitus rotūdus.

Digitis a morte remotus

Quatuor aut septem si sit latissima teda.

Sed rotundus tribus undecimis suis quadrato minor est.

Tres igitur undecimæ partes rotundi, adæquantur tribus quartis decimis quadrati, ut sentit Frontinus de aquæ ductibus urbis. Digitus rotundus, est sextadecima pars pedis, sedecim

sedecim digiti faciunt pedem. Vncia uero est duodecima pars pedis. Vncia igitur est digito maior tertia parte ipsius digiti. Vncia & ad pondus & mensuram sicut As, cuius ipsa pars est, refertur. Iuuenalis,

Vnciolam Proquleius habet segillo deuncem  
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis hæres.

## THORAX

**H**IS igitur absolutis, ad id, unde digressi sumus, reuertamur. Collum insertum est corporis trunci. nam truncus sine pedibus & manibus ac capite græce thorax dicitur. Cornelius Celsus tertio. Sudor autem & supra consuetudinem & modo & tempore ex toto thorace & ceruicibus, atq; etiã capite erumpit, pedibus tantummodo & cruribus siccioribus atq; frigentibus. Thorax dicitur huius trunci armatura & uestimentũ. sic enim fere armorum nomina omnia significant uestimenta. Pro thorace ferreo, id est, trunci armatura. Vergilius,

Bis sexta thoraca petitum.

Stattius libro Thebaidos,

Propugnat pectora thorax,

Pro uestimento, Iuuenalis,

Viridem thoraca iubebit

Afferri.

Et Suetonius posuit in uita Augusti, Hyeme quaternis cũ pingui toga tunicis & subuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebat. quẽ quidem thoracem quidam iuniores & imperiti diploidem nuncupant, cũ diplois aliud sit. Nam Hieronymus in expositione illius uersus, Et operiantur sicut diploide, confusione sua, sic ait, Diplois genus est pallij.



est pallij, deniq; in Hebræo cōmitra dicit̃. diplois igitur dicitur, quia duplex est pallium. & nō thorax, ut quidā putauerunt. Et manicæ dicuntur, & ferreæ, & laneæ. Vergilius,

Manicæ  
Ferrea,  
Lanea.  
Tunica  
manu-  
leata.

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Et hæc dicitur tunica manuleata. Plautus in pseudulo, His tamen ab alijs manuleatam tunicam habere hominem dicit. Lucanus tertio,

Ast alios manicæq; ligant teretesq; catenæ,

Pro ferreis manicis. Sic & alia, sicut suo loco dicemus.

## • IUGVLVS •



Iugulus.

**I**RVNCVM siue thoracē in anteriorē, posteriorēq; partē distinguim⁹. & priorē nunc aggrediemur, de posteriori erit deinde sermo. Vbi collum desinit, incipit iugulus, qui quasi lacunā quādā efficit, quæ cædi obnoxia est plurimū. Lucan⁹ tertio,

Iugulumq; senilem

Confodiam.

Idem in septimo,

Pauidi num gessimus arma?

Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris

In nostra ceruice sedet.

**Iugulo.** Hinc iugulo uerbum quod nō modo gladio, sed morbo occidere significat. Cornelius Celsus tertio, Nam quartana ne minē iugulat. Et Martialis, Scelus est iugulare falernū.

**Iugula.** Iugula uero signi cælestis pars est, de qua sic Varro de origine linguæ latinæ, Iugula signū quod Accius appellat Oriona ait, citius Orion patefit. Huius signi caput ducitur ex tribus stellis, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod uidetur iugum, iugula dicta, Plautus in amphitryone.

tryone, neq; iugula, neq; uesperugo. Hactenus Varro,

PECTVS

Pectus.



IVGO siue iugulo incipit pectus, qd' quatuor partibus terminat. Incipit a iugulo, desinit ad stomachum, duobusq; lateribus cōcluditur, ad alasq; se extēdit. A pectore pectorosus descendit. Vergili<sup>9</sup> in Priapeis, Nemo est feroci pectorosior Marte. Pectus dictum (ut multi autumant) qd' positum sit inter mamillas, nam mammæ, in pectore. Martialis, Aut tibi pannosæ dependent pectore mammæ. Pectus non modo superficiem corporis, sed cor sub pectore significat. Iuuenalis,

Pectorosus.

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Sic etiam multæ superiores partes, p inferioribus ponunt, & e contrario, sicut de illis dicemus. A pectore uerbum expectoro, as. quod est e corde & mente eijcere, deriuari, testis est antiquitas. Pectus cancro subiacet. M. Manilius quarto

Expectoro.

Astronomicon, Censentur pectora cancro.

Quod nō est mirū, nam signa partibus corporis dominari dicunt, quia eorū potētia in his membris operat, accedente etiā quadam nominis similitudine. Nam Caput Aris sibi uendicat, quia hui<sup>9</sup> animalis uis magna est in capite. Collū Taurus, id animal collo trahit. Brachia Geminis tribuunt ppter similitudinē. Gemelli em̄ ut plurimū similes esse consueuerunt. Pectus Cancris est, ob huius animalis formā. Latitudo em̄ pectoris dorsum cancri efficit, costæ uero pedes. Est autem cancer octo pedum, & duorum brachiorum, sic enim uocantur. Quodius libro Fastorum,

Quæ signa celestia, qbus corporis ptib', & cur dominari dicantur.

f 2 Octipedis

Octipedis frustra quærentur brachia cancri.

Brachia igitur hominis inuersa retroque pendētia, cancrorum brachia prefigurant. Hæc igitur ex influxu & potestate sua, illius animantis nomen gesserunt, cuius in apotelesmate representant similitudinē. nam omnibus animaduersis nullum in terris animal omnimodam gerens potestatem, signis cælestibus cōparabitur, nisi id cuius nomē gerit. Sed latius uagati sumus quæ opus esset, ad institutum igitur nostrum reuertamur. a proposito enim nostro est alienum, signorum nomina excutere. Sed alias dicendum de hac re cetero, cum Astrologiam, ad latinitatem reuocabimus. est enim nobis in animo cum absoluerimus comentarios in Vergiliū: scribere in Astrologia, & barbariē qua omnes fere astrologi nunc imbuti sunt, penitus delere, docereque omnes, latinā linguam non indigere in omni disciplinarum genere barbaris uocabulis.

## MAMMAE

Mammæ



**I**N pectore ut dixim⁹ mammæ sunt. Iuuenalis,

Et nuda teneat uenabula mamma.

Et in moreto

Pectora lata tument mammis.

Mamma

Licet mamma dicatur plerumque nutrix. Persius,

Et iratus mammæ, lallare recusas.

Plautus in Mustellaria. & quid tibi uideor mamma. Idem in eodem. tun uis mea mamma adesse. māmæ uero pro uberibus ab antiquitate uocatæ sunt. Martialis primo.

Tata.

Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum

Dici, & mammaram maximā mamma potest,

intelligendo

intelligēdo Taram quoq; nutricem significare. A mamma Tata.  
mammilla diminutiuum, Iuuenalis, Māmilla

Recta facie strictisq; mammillis.

Dicitur etiam papilla ob quandam similitudinē. Est enim Papilla:  
papilla, illud quasi tuberculum quod lactentes pueri ore ca-  
piunt, papilla dicta quasi parua papula. Et ideo saepe papil-  
la p tuberculo, morbo, & cōdylomate reperit. Q. Serenus.

Excruciant turpes anum si forte papillæ.

Id est, parua papulæ. Vergilius undecimo,

Hasta super dextram donec perlata papillam

Hæsit. Catullus,

En hæc in roseis latent papillis.

pro tuberculo mammarum. Sed olim mamma rumen uo- Rumen :

cabatur. Plinius quintodecimo naturalis historiae. Quoniã

sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen, ita uoca-

bant mammam. Sed superius diximus rumen partem gut-

turis dici. Vnde rumino descendit, quod ratione non caret. Rumino

nam rumen mamma quasi sumen dicitur. Sumen autē est Sumen,

uber a sugendo, ut inferius cum de interiore homine dice-

mus, late patebit. S, em̄ & R, inuicem sibi cedunt. Vnde ru-

stici, ut ait Festus, hædos adhuc lactentes subrumos dicunt. Subrumi

A papilla expapillatus dicitur, teste Nonio, qui allegat Plauti Expapil-

textum in Milite glorioso, Expapillato brachio, pro usq; ad

papillam nu dato. latus.

ALAE



ALAE sub humeris sunt & in homine uestiuntur Ala.


pilo. Plinius undecimo naturalis historiae. qd'

titillatu maxime intelligit alarū, quas subit, non

f 3 alibi

alibi tenuiore humana cute. ideoq; scalpendi dulcedine ibi  
 proxima. In istis quas diximus alas uocari, cōcipitur aut ex  
 sudore, aut immunditijs odor ille hircinus, quem nonnulli  
**Hircinus** odor. Hircinus de gente hircosa centurionum.  
**Hircosi.** Et Catullus more suo mordens de Ruffo sic,  
 Lædit te quædam mala fabula qua tibi fertur  
 Valle sub alarum trux habitare caper.  
 Ala autē axillam, sicut mala maxillam facit. Et in hac parte  
**Titillatio** est titillatio a uerbo titillo. Horatius secundo sermonum,  
**Titillo.** Præterea neruos titillet gloria iure  
 Iurando obstringam.

• LATERA •

**Latera.**  **L**ATERA alas sunt latera quæ costis terminant,  
 & a dextra & sinistra. Vnde in euangelio legi-  
 mus, Miles lancea latus eius aperuit. Iuuenalis,  
 Præterea lateris uigili cum febre dolorem  
 Si cœpere pati missum ad sua corpora morbum  
 Infesto cœdunt a numine.  
**Pleuresis** Est autē huiusmodi morbus quē pleuresim nuncupant. Sed  
 latus multis de rebus dicitur. Vergilius primo Aeneidos,  
 Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto  
 Qua data porta ruunt. Iuuenalis,  
 Curatoris eget qui nauem mercibus implet  
 Ad summum latus. Idem,  
 Nec frustum Capræ subducere, nec latus Afræ  
 Nouit auis.  
 Sed latera attollit deprimitq; respiratio. Hinc est q; orator  
 laudatur

laudatur qui bonis egit lateribus. Cicero in Catone maiore, cum ego quinque & quadraginta natus legē Voconiani uoce magna & bonis lateribus suasissem. Bolus, Bolero, & Latus latero uerbum faciunt, Prisciano teste. Latera subiacent leoni. Latera. subiacent leoni.

Lateruni regnum scapulæque leonis.

## ILIA



**I**LIA sequuntur latus, dicunturque (ut ait Festus) ab ina, quæ est pars chartæ tenuissima. nam circa ilia tenuior sine dubio cutis est. Ilium terminos sic præfinit Cornelius Celsus quarto libro, Ilia inter coxas & pubem, in imo uentre posita sunt. Sed hoc de ilibus interioribus intelligitur, quæ sunt arteriæ quædam. Plinius undecimo naturalis historiæ, inter eas & alium arteriæ ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. Sed exteriora ilia latius parent. nam ea pars quæ maxime respiratione in lateribus concutitur, hoc nomine comprehenditur. Horatius primo epistolarum,

Solue senescentem mature sanus equum ne  
Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat. Iuuenalis,

Vis frater ab ipsis Ilibus. Persius. Ilia subter  
Cæcum uulnus habes, sed lato balteus auro  
Protegit.

Hæc enim tanto inflantur spiritu, ut sæpe crepent. Vergilius  
in Buccolico,

Rumpantur ut ilia Codro.

Qui enim inuidet cõticescunt mœrore, spiritumque cõprimunt.  
Vnde fit ut homines plerumque crepent. Martialis,

Rumpatur

**Ilia tertiæ & secundæ declinationis.** Rumpatur quisquis rumpitur inuidia. Ilia siero tertiæ & secundæ declinationis apud ueteres reperuntur.

**Ilia subiacent uirgini.** Vis frater ab ipsis Ilibus, Dicitur est. Et Cornelius quarto, deinde super rectum intestinum progressa Ilijs foemina, latera sua couertit. Et hæc sicut plurima tam exteriora quàm interiora membra significant, ut stomachus dicitur extra & intra, & pectus ut dictum est de utroque. Iuuenalis,

Pectora nostra duas non admittentia curas. Ilia subiacent uirgini, M. Manilius secundo, Virginis in propriam cesserunt Ilia sortem.

## • VENTER •

**Venter.**



**V**ENTER a superiori parte pectore, ab inferiori Ilibus & pube, ab latere lateribus ipsis terminatur. Iuuenalis,

**Pantices.** Motani quoque uenter adest abdomine tardus. Hicque extenditur, constat enim ex pelliculis quibusdam, quas uocant, Pantices. Plautus in pseudolo, Et uos uestros pantices adeo madefacitis, cum sim hic siccus, de interiori parte uentris intellexit Martialis,

Panticibus laxis.

Venter plura significat. nam pro hominis parte iam pater. Dicitur aliquando foetus qui in uentre est: Liuius ab Urbe condita. Aruns prior quam pater moritur, uxore grauida relicta, nec diu manet superstes filio pater, qui cum ignorans nurum uentrem ferre, immemor in testando nepotis, decessisset. Sumitur aliquando pro inscio maiori, Martialis,

Et lucanica

Et lucanica uentre

Cum falisco.

Et interdum pro aluo. Iuuenalis,

Soluunt tibi cornua uentrem.

A uentre uentriosus & uentricosus deriuantur. C. littera saepe additur. nam Arcadius & Arcadicus, Sardonius & Sardonius. num & nunc dicitur. Statius,

Etiam num inhumata procorum

Corpora.

tum &amp; tunc in eadem significatione. Iuuenalis.

Viuum recte cum propter plurima, tum his:

Precipue causis,

nō igitur mirū uentricosum &amp; uentriosum dici. Plautus, in

Mercatore. Ego dicam uarum, uentriosum. Venter subiacet

signo uirginis sicut ilia. nam hæc quoq; uentris partes uidentur,

capiendo uentrem, pro ea parte quæ ossibus caret. Ventrem

uexant tormina &amp; uermina, &amp; licet in omnibus membris

sint, tamen frequentius uentrem lædunt. Tormen a torqueo,

est quædam tortio cum dolore. Plinius xx. anetū quoq; ructus

mouet, &amp; tormina sedat, aluum sistit. Cato de re rustica,

Ad tormina. &amp; si aluus nō cōsistat, &amp; si tineæ &amp; lumbrici

molesti existerent. Et hinc dicuntur torminosi, sicuti ex

textu Ciceronis superius allegato apperuit, cum de grauedine

locuti sumus. Vermina autem sunt dolores corporis &amp; uentris,

maxime qui quodam minuto motu quasi uermes scindere

uidentur. Hic dolor (ut ait Festus) græce stophos dicitur,

hūc morbum Lucretius grauem ac periculosum putat, cum dicit in quinto,

At quos effigiem seruari corpore ad Beso

g Posterius

Ventricosus.

Ventricosus.

C. littera saepe additur.

Num unnc. &amp; Tum &amp; tunc.

Venter sub uirgine.

Tormia. Vermina Tormen

Torminosi.

Vermina



Posterius tremulas super uiscera tetra tenentes  
 Palmas, horribilis accibant uocibus orcum.  
 Deniq; eos uita priuarunt uermina saua.  
 Ex quo sermone, animus inclinatur, ut uermina appellentur,  
 tum quia minuto, ut dictum est, motu scindant, tum etiam  
 a similitudine, quoniam animantibus nimio dolore confectis,  
 mos est ante & retro se flectere, ac recuruare, ut uermes  
 facere consueuerunt.

## UMBILICVS

Umbilic⁹



**I**N MEDIO uentris est umbilicus, qui tanq; centrum hominis uidetur, cuius quidem significatio latissima est. Vergilius in Priapeis,  
 Rumpatur precor usq; mentulaq;

Ne quicq; sibi pulset umbilicum.

Accipitur pro medio cuiusq; rei. Vnde Plinius, umbilicum Italiae circa lacum Reatinum dixit, & in Priapeis Delphos Pythius orbis umbilicus.

Umbilic⁹ Et de libro quoq; umbilicum dici Catullus ostendit,  
 de libro. Relata chartae regiae nouem libri.

Noui umbilici lora rubra membranæ.

Et in hac significatione accipitur, quia illuc tanq; ad centrum librorum membra conueniunt. Quapropter ratione factum

Umbilici  
 effigiem  
 Iupiter  
 Ammon  
 habuit.

uidetur, ut Iupiter, ad quem tanq; ad umbilicum omnia referuntur, in templo Ammonis, umbilici effigiem habuisse tradatur de quo sic Curtius iij. Id quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam uulgo dijs artifices accommodauerunt. Umbilico maxime similis est habitus, & smaragdo, & gemmis coagmentatus, hunc cum responsum petitur, nauigio aurato

nigro aurato gestat sacerdotes, cum multis argenteis pateris ab  
utroque nauigio latere pendentibus. sequuntur matronae vir-  
ginesque, patrio more, inconditum quoddam carmen canen-  
tes, quo propitiari Iouem credunt, ut certum edat oracu-  
lum. Sed haec quae dicit Curtius, non sunt contraria Silio Ita-  
lico, qui in tertio libro de Ioue Ammone sic,  
Sed nulla effigies simulacraque nota deorum  
Maestate locum & sacro impleuere timore,  
nullam dicendo effigiem, & nulla simulacra nota, insinuauit Io-  
uis effigiem ibi in eo loco non esse alijs simile, id est animan-  
tis. Iupiter igitur sine effigie humana, optimus planetarum  
Et Venus quae Iouis filia fingitur, Vergilius,  
Oscula libauit nata,

est planeta bonus, ideo ad similitudinem patris, & ipsa quoque  
in Cypro effigiem habet humana forma carentem, de qua  
Cornelius Tacitus decimo septimo actorum diurnalium Au-  
gustae historiae, sic, Simulacrum deae non effigie humana, conti-  
nuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metae modo exur-  
gens. Sed Curcij & Taciti uerba scrupulum facerent, nisi scire-  
mus in unoquoque templo duo esse simulacra, quorum alterum  
in praetulo, & hoc communi, id est, animantis forma esse, alterum  
uero in adyto, & id forma tali, quale eorum religio exposcula-  
bat, & huius rei non ignarus poeta in secundo Aeneidos,  
Sub pedibusque deae dypeique sub orbe teguntur,  
de simulacro intellexit, quod non erat in adytis. Nam cum Ve-  
neris Cypriae barbatum simulacrum & Iouis Ammonis arietis  
nam effigiem legimus ad uulgaria signa reducimus. Umbilicus  
igitur medium uentrem obtinens, subiacet librae, nam hoc signum  
plures & finitimas partes occupat. Nam eius potestate sequuntur  
g 2 lumbi,

Veneris  
simula-  
crum in  
Cypro.

Duplicia  
deorum in  
templis  
olim erat  
simula-  
cra.

Umbilicus  
sub libra.

lumbi, uertebrae pubes inferior; & clunes. sunt autem haec omnia quadam uicinitate contigua. & cum ipsis clunibus con- cordare uidentur. M. Manilius.

Libra regit clunes.

## • PVBES ET • PECTEN •

Pubes:  
Pecten.



VB umbilico ubi pilus fruticatur, dicitur pubes & pecten. Vergilius tertio Aeneidos.

Et pulchro pectore uirgo

Pubetenus. Iuuenalis.

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Pubes autem & pecten etiam de alijs dicuntur, sed una rati- one de inferioribus partibus poni uidentur, quando quide pubes dicitur barba. Vnde impubes qui adhuc inberbes

Impubes  
Barba  
apud ue-  
teres pe-  
ctebatur.

sunt. Et barba apud ueteres pectebatur. Persius,

Tu cum maxillis balantum gausape pectas

Inguinibus, quare detonsus gurgulio extat?

Quo sermone comprehendimus, inguina etiam non radenda & eodem modo habenda ut olim barba. Ex quo facile co- gnoscimus pectinem dici, quia ut barba indetonsa, pectine indigeat. Pecten polysemus sermo est. nam & citharae instru- mentum. Vergilius sexto.

Pecten  
piscis.

Iam pectine pulsat eburno.

Dicitur piscis ob similitudinem formae. Horati<sup>9</sup> ij. Sermonu,

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

& hinc Plinius cuniculatim, pectinatim dixit, cum de cochilijs

Pectere.

locutus est. Et uerbum pecto notae significationis. Vergili- us octa.

us octauo,

Pectebatq; ferum puroq; in fonte lauabat.

Et digitis inter se pectine iunctis,

quod est in octauo Metamorphoseon satis intelligitur, pro  
infertis, ad similitudinem pectinis dictum. Hæc de thora-  
cis parte anteriori dicta sufficiant.

## SCAPVLAE



VNC ad posteriora sermo uertatur, ut ordine  
suo cuncta procedant. Primam partem thora-  
cis in posteriori parte occupant scapulæ. & hæ  
quidem mobiles. Iuuenalis,

Scapulæ.

Quid dicam scapulis seruorum mense decembri,

De his locutus est quæ in seruorū delicto plectunt, cedunt  
em̄ ut terga, Plautus in Mustellaria, Mei tergi facio hoc,  
non tui fiducia. Et scapulæ in tergo sunt, ut inferius docebi-  
mus. Inter scapulas est uallicula quædam a fine colli incipi-

ens, quam latini interscapilium uocāt. Higinius in descripti-  
one Vrsæ, in humero daram unā, in pede de posterioribus  
nouissimo, duas, in summo interscapilio unam, bene addi-

Interscapi-  
lium.

dit summum, quoniam in quolibet membro summum dici-  
tur & imum, diuerso tamen respectu. Nam cū Persius dixit,

Summū  
& imū de  
quolibet  
membro di-  
cuntur.

Summosq; pedes attinge manusq;

extrema intelligendo respexit ad cor. quod quasi radix &  
fundamentum hominis est. Sic etiam in Moreto,

Atq; manu summa lachrymantia lumina terfit.

Sed cum Vergilius primo Aeneidos, ait,

Pedes uestis defluxit ad imos,

a capite sumpsit initium. & in Suetonio de naso Augusti le-

g 3 gimus.

A foemī  
nis & ma  
sculinis  
saepe neu  
tra descē  
dunt.  
Interno  
dium.

gimus. a summo eminentiorem, ab imo deductiorem, a ca  
pite initium sumitur, Sed unum non tradendum obliuioni  
arbitror, non solum a scapulis, cum genere sint foeminino,  
intercapilium neutrum fieri, sed multa talia apud auto  
res esse, & a masculino & a foeminino deriuata, quæ mutant  
genus. Nam a nodo masculino, internodium neutrum. Qui  
dus in sua Metamorphosi,

Longa internodia crurum.

Interue  
nium.  
nterco  
lumnium.

Plinius decimo sexto, nauigiorum etiam uicem præstant, si  
credimus singula internodia. A uena hoc interuenium. Vi  
truius architectus, octauo. Sed non per interuenia dila  
bantur & liquefcant, A columna intercolumnium. Idē in  
Item intercolumnia tria quæ erunt inter antas & columnas  
pluteis marmoreis, siue ex intestino opere factis intercludā  
tur. A fuga effugium. Vergilius. ij. Aencidos,

Effugiū.

Ob nostra reposcēt

Effugia.

Epitogiū

Toga epitogium facit. Quintilianus primo Institutionum.  
ex nostro & peregrino ut bidinium, contra ut epitogium. &

Commili  
tium.

militia commilitium facit. Iustinus quinto. Deinde cogitati  
ones legum sacrarum, tum uetusti per tot bella commiliti  
orant, miseratur ciuium exulum.

## SPINA ET DORSA

Spina.  
Dorsa.



PINA a collo usque ad natium flexū depressa,  
quasi uallis est inter colles, quos uocant dorsa,  
nam hæc de inanimis & de animantibus dicun  
tur. Vergilius. primo,

Dorsum immane mari summo.

Hieronymus

Hieronymus in Ezechiele. inter uestibulum & altare quasi triginta quinque uiri dorfa habentes contra templum domini, & faciem ad orientem. Dorsum igitur tota posterior pars quæ similitudinem uallis inter colles habet. nam spina humilis uallecula, eminentes pulpæ ab utroque latere speciem habent collium. Hinc ex dorsuare uerbum Plautinum quod est, dorso nudare. In dorsis igitur scapulæ, & tergum, quod thoracis posteriorē partē significat totam. Ouidius. primo Metamorphoseon.

Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis.  
Et alio in loco,

Manibus post terga ligatis.

Curtius. & telum quod unum forte non effluerat, per medium pectus penetrauit ad tergum. Hinc tergiuersari notū uerbum, uitium tergi gibbus. licet pro alio quoq; tumore solito ac superuacuo ponatur. Iuuenalis,

Attritus galea medijsq; in naribus ingens  
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

Et de edilitio edicto, sic aut iracundi aut melancholici, uel pro curui uel gibbosi. Dicuntur huiusmodi uiri etiam gibbero, si, sicut frequenter utitur antiquitas. De spina & eius medulla sic loquitur Plinius undecimo, spina lumbis ossea, sed terti structure per media foramina a cerebro medulla descendente, esse ei naturam, quam cerebro, colligunt, quonia pretenui eius membrana modo incisa statim expiretur. In spina igit parte superiori scapulæ, a lateribus dorfa, quæ omnia dicuntur terga. nam dorsum a forma nuncupatur. dictū est enim, ut ait Festus quasi deorsum ab altitudine deuexū ad uallem, & quasi deorsum est.

Dorsum.

Ex dorsuare.

Tergum.

Tergiuersari.

Gibbus.

Gibberiosus.

Dorsum a forma.

lumbi.

LVMBI

Lumbi.



CINCTURA ad nates lumbi uocantur, ubi se-  
des libidinis est. Persius,

Cum carmina lumbum

Intrant & tenero scalpuntur ubi intima uersu.

Et in sacris quoq; legimus. Sint lumbi uestri præcincti, nec  
iniuria, ibi enim luxuriæ est domiciliū. quare aut hoc sit, etiã  
me tacente intelligitur, ex illo carmine in priapeis.

Crissabit tibi fluctuante lumbo.

Delūbis. hinc delumbis, quod effractis pudoris claustris in uenere  
soluitur. Persius.

Summa de lumbe salua

Hoc natat in labris.

Iuuenalis,

Cum tibia lumbos Incitat.

& lumbi etiam de brutis dici, Horatius testatur primo Ser-  
monum.

Nunc mihi curto

Ire licet mulo, uel si libet usq; tarentum,

Mantica cui lumbos onere ulceret, ac eques armos.

Lūbago. A lumbis, lumbaginē, lumborū debilitatē dixerūt, ut ait Fe-  
stus. Pectinem umbilicum, & oppositas partes. id est

Lūbos re lumbos cum uertebis, & ilibus secundum alios regit libra.  
git libra. Sed M. Mauilius, clunes libræ, ilia uero uirgini tribuit, ut su-  
perius declarauimus,



NATES

Nates.

LVMBIS nates conterminæ. Horatius primo  
Sermonum,

Diffisa nate ficus.

Et uocatur

Et uocatur sedes. Plinius uigefimo tertio, Cinis sarmentorū Sedes.  
 uitiumq; & uinaceorū condylomatis, & sedis uitij medet.  
 Dicitur etiam tumor ille natium clunis. Iuuenalis,  
 Ad terram tremulo descendant clune puellæ. Idem,

Et de uirtute locuti

Clunem agitant.

Clunis.  
Ceuere.

Hoc est, ceuent. Ceuere enim est molliter & obscene clunes  
 mouere. Et hoc cinædi facere cōsueuerūt, cū turpia patiunt.  
 Ideo Persius tanq; de uirilitate Romuli dubitaret dixit,  
 An romule ceues?

Absolutis igitur trunci partibus, priusq; descendamus ad  
 inferiora, dicendum arbitror de membris purgatorijs, e qui  
 bus excrementa, urinaq; tanq; e canalibus manant. Et ut or  
 do seruetur de membro prius, deinde de ano erit sermo.

## MEMBRVM



**I**NFRA pectinē membrum est, ob excellentiam  
 sic appellatum. Nam cum plura in homine  
 membra sint, hoc solum membri nomen opti  
 nuit, ut cum absolute dicatur, sit uirile membrū.

Membrū

hoc tribuit ei antiquitas propter fecunditatē, solum enim  
 hoc generat. Vnde nō immerito, Priapo curam hortorum  
 assignant, quādoquidem horti alijs agris semper fecundio  
 res sunt. Sed a membro membrofus dicitur mentulatus.

Priapus  
hortorū  
custos  
cur?

Vergilius in Priapeis,

Sed ruber hortorum custos membrofior æquo.

Mēbro  
fus.

Vocatur etiam mentula. Idem in eodem,

Mentula  
& Mētū  
latus.

Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset.

Et hinc mentulatus. Idem,

Muto.

h Deus



- Deus priapo mentulatio non est.  
 Dicitur etiam Muto. Horatius primo sermonum,  
 Huic si mutonis uerbis mala tanta uidenti  
 Diceret hæc animus. Lucilius ab Acrone allegatus,  
 Læso iam lachrymas mutoni exterget amica.  
 Et hinc mutoniatus. Martialis tertio,  
 Dormis cum puëris mutoniatis.  
**Mutoni-** Et apud ueteres Mutunus quoq; & Tutunus dicitur Pri-  
**atus.** pus, qui membri deus membrũ quoq; significat. Lactanti-  
**Mutun<sup>o</sup>.** primo diuinarũ institutionũ. & Tutunus in cuius sinu pu-  
**Tutun<sup>o</sup>.** dendo nubentes præsent, ut illarũ pudicitiam prior deus  
 delibasse uideatur. Appellat etiam Verpa. Martialis,  
**Verpa.** Non nisi per somnum nunc arrigis & tibi Meui  
 Incipit in medios meiere uerpa pedes.  
**Verpi Iu-** Dicta autẽ uerpa ab inuerfa pellicula. Vnde Iudæos Ver-  
**daï.** pos dixerunt. Ipsi enim circumcisi membri pellicula, quam  
 uocant præputium, carebant. Iuuenalis,  
 Quæsitum ad fontem solos deducere Verpos.  
**Appellæ.** Hoc est, circumcisos in membro. Et propter hanc causam  
 Iudæi dicuntur Apellæ, id est, sine pelle, qua glans membri  
 tegitur. Horatius primo sermonum,  
 Dum flamma sine thura liquefcere limine sacro  
 Persuadere cupit, credat Iudæus Apella.  
**Natura.** Nuncupat etiam natura, in eo enim membro nascendi uis.  
 Plinius uigefimo, Iumenta urinam reddere, atq; non tor-  
**Neruus.** queri tradunt, si co trito natura tangat. Neruum & uenam,  
**Vena.** quia neruosum & uenosum est, dixerunt. Persius,  
 Singultiet inguine uena. Iuuenalis,  
 Mensura incognita nerui.

Dicitur

Dicitur inguen a uicinitate inguinis. sed inguen ad utrunq; Inguen.  
 sexum pertinet. Ouidius primo Fastorum,  
 Venerat & senior pando Silenus asello,

Quiq; rubro pauidas inguine terret aues.  
 De uiro locutus est. Sed Martialis tertio,  
 Aut infinito lacerum patet inguen hiatu.  
 De muliere intellexit. subijcit enim,

Aut aliquid cunni prominet ore tui;  
 Ponitur penis pro membro uirili. Persius, Penis.  
 Si facis in penem quicquid tibi uenit amarum,

Ob quandam similitudinem, nam penes & peniculi sunt Penes.  
Peniculi.  
Offa pe-  
nita.  
Penicel-  
la.  
Cauda.  
 caudæ longiores, sic dicti, quia pendent. Vnde offam por-  
 cinam cum cauda, offam penitam dicebant. & hinc penicu-  
 los deriuamus. Terentius in Eunucho, Peniculon pugnare  
 ignaue credis? hinc Penicella, quæ sunt instrumenta picto-  
 ria. Quintilianus secundo institutionum oratoriarum, ut celator  
 celum, & pictor penicellam desyderant. Penis igitur, quia in  
 uiro membrum sicut cauda in brutis deorsum pendet. qua-  
 propter caudam quoq; uocauerunt. Hora. primo sermonum.  
 Accidit ut quidam testes caudamq; salacem  
 Demeteret ferro.

Cum Pyga mentula nuncupatur, est ratione extremæ par- Pyga.  
 tis. Pyga enim extremam partem tam anteriorem quam posteriorem  
 significat. hinc est q; & nates significat & membrum, trunci  
 enim extremum utrunq; est. Horatius primo sermonum,  
 Ne nummi pereant aut pyga. Martialis,  
 Et anatis habeas horto pygium macræ.

Hoc est, rectam pygam. Fascinum autem dici & rutabulum aliquando  
 & tentum per similitudinem testes sunt ueteres. Vergilius.

h 2 Pedicabere

Pedicabere fascino pedali. Catullus,

Grandia te medijs tenta uorare uiri.

Psoleon ut in Priapeis est,

Psoleon. Psoleon ille uocat, quod nos psoloenta uocamus.

<sup>ψωλι.</sup> Præputium. Græcum est, nam ψωλι præputium dicitur. Et de præputio non est sermo faciendus, quandoquidē pellicula qua glans membri tegit nuncupat, Iuuenalis cum de Iudæis loquitur.

Nec distare putant humana carne suillam,

Qua pater abstinuit mox & præputia ponunt.

Impatiensq; more pauet & præputia ducit.

antiqui masturbari uno uocabulo dicebant. Martialis,

Mastu- Mastubrabantur phrygij post hostia serui.

brari. Hoc est, præputia ducebant, nam a manu & stupro deriuatur. Quid autem manus in hac re sit, utinam non satis notum, dicentibus Martiale & Vergilio,

Mingo. At mihi succurrit pro Ganymede manus,

Falce manu posita, fiet amica manus.

Hoc igitur membro mingimus, quod notum est, sed actum habet. Horatius primo sermonum,

Hunc perminxere calones.

Permin- Et meio, quod eiusdem significationis est. Iuuenalis,

go. Meio. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est. Martialis, Incipit in medios meiere uerpa pedes.

Vtrumq; autem istorum, non modo ad urinam, sed ad se-

Colis. men hominis refertur. Colis dicitur quasi caulis, proprie hausta, & fustis ipsius membri. Hieronymus in Iosue, Eo tempore ait dominus ad Iosue, Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios israel in cole præputiorū. Cornelius Celsus quarto, tum in masculis iter urinæ spatiosius, & com-

pressius

pressius a ceruice huius descendit ad colem, sed partem colis  
quasi distinctam a fuste, glandem uocat saepe idem auctor. Glans.  
nam deducto præputio glans nudatur. A radice membri  
dependet Hernia, sic em̄ uocat theca testicularū. Martialis, Hernia.

Ingens iratis apparuit hernia sacris. Iuuenalis,  
Laomedontiades aut Nestoris hernia posset.

Qui intus sunt testes & testiculi, exhibent enim uiriliter te/  
stimonium, a cole, id est, membro colēi nuncupantur. Ver/  
gilius in Priapeis, Testes.  
Testiculi  
Colei.

Stamus sub Ioue coleis apertis. Idem in eodem libro,  
Intra uiscera furis, Ibit usq;

Ad pubem, capulumq; coleorum.

Vnde quorundam iuniorum imperitiam admiramur, qui  
coleos prima correpta posuerunt, cum tam ipsa natura, q̄ Colei pri  
uersu Vergilij producat. nam ut diximus colis, id est, cau-  
lis. Horatius secundo sermonum, ma pdu.

Cole suburbano, nihil est elutius horto.

Cole pro caule, sicut plaustrum plostrum. claudius clodius.  
& poetæ carmē Phaetium quod constat spondeo dactylo  
& tribus trocheis. Aliqñ hernia ipsa, dicit ramex. Iuuenalis, Ramex.

Iacet exiguus cum ramice neruus.

Plinius uigesimo naturalis historię. Testium uero enipho-  
ris cum ramis laureæ teneris, adeo peculiari in uisceribus  
his effectū, ut syluestri ruta cum axungia ueteri illitos ra-  
mices sanari prodant. Cum autem Nonius Marcellus alle-  
gans Plautū in Milite, tua causa rupi ramices, iam dudum  
sputo sanguinē, ramices pro pulmone accipi dicit, non recte  
sentit, nusq; enim hoc lectum est, nec textus Plauti quicq;  
probat, cum illa oratio sit bimēbris, Tua causa rupi ramices,

Locus  
Plauti in  
Milite.

h 3 membrum

membrum unum. Alterum uero, Iam dudum sputo sanguinem. quod nimio labore accidit. Sed si unimembris est, sputus sanguinis etiam prouenit cum descendunt uiscera in thecam testiculorum. Et is uomitus est, ut non modo sanguis, sed stercus quoque ab ore eijciatur. Ab hac igitur corporis parte sunt castrati, qui dicuntur quasi casti acti. Castro uerbum notum. Iuuenalis, Nullus ephæbum Deformem sæua castrauit in arce tyrannus.

Castrati.  
Castrare

Eunuchus.

Spadones  
Spata.

Est etiam Eunuchus cuius nomine Terentius fabulam dedit sic dictus, quia bonam mentem habere cogitur. Græcum enim nomen est. Sunt etiam Spadones, a quibus testes euelluntur. *σπάω* enim uello. & hinc spata telum. Sed spadonum duplex obseruatio, Vlpianus de edilitio edicto. spadonem morbosum non esse, neque uitiosum uerius mihi uidetur. sed sanum esse, sicuti illum qui unum testiculum habet, qui etiam generare potest. Sin autem quis ita spado est, ut tam necessaria pars corporis penitus absit morbosus est. Hæc Vlpianus. Spado in illa prima significatione generare potest. Eunuchus nequaquam, id est, spado in secunda significatione. Iuuenalis ergo & Martialis de conditione sui temporis conqueruntur. Spado enim in hac ultima significatione, & mœchabatur, & uxorē ducebat, ac si posset procreare. Vnde Iuuenalis, Cum tener uxorem ducat spado.

Et Martialis in sexto Epigramaton ad Cæsarem Domitianum, Lusus erat, sacrae connubia fallere tedæ.

Lusus & immeritos executus mares.

Utraque tu prohibes Cæsar, populisque futuris

Succurris, nasci quos sine fraude iubes.

Nec spado iam, nec mœchus erit te præside quisquam,

At prius

At prius, o mores, & spado mœchus erat.

Spado igitur est generale uocabulum ad castratos, & uicia testium. ideo Vlpianus de uerborum significatione, spadonum generalis appellatio. Quo nomine, tam hi qui natura spadones sunt, item tibiae, talasiae. Et si quod aliud genus spadonum est, continetur. Est & aliud malum, quod enterocelici patiuntur. Viscera enim graece entera dicuntur. unde exenterare, pro euiscerare. Abrupta pellicula, ubi ramosae arteriae sunt, unde & ramices dictos putant, continentes uiscera ne in thecam testiculorum descendant, fit hoc malum, de quo Plinius uigesimo naturalis historiae, ad tertias decocto eorum potio, cum uino, enterocelis profunt. sanguinem quoque inutilem sic extrahunt, sed enterocelae arum. dicitur is morbus. Martialis undecimo,

Enterocelici.  
Exenterare.

Enterocelae.

Mitior implicitas alcon secat enterocelas.

De primo igitur & anteriori membro, quod est corporis nostri pars purgatoria, satis dictum. Nunc ad alium quasi canalem sordium, sermo uertatur, si prius illud quoque dixerimus membra genitalia scorpioni subiacere. Marcus Manilius secundo Astronomicon, Et scorpium inguine gaudet.

Membra genitalia scorpioni subiacet.

# CVLVVS



INTER clunes & nates culus est. Martialis, Quid miseros igitur culos cunnosque laceffis. Vocatur podex. Iuuenalis, Sed podice leui

Culus.  
Podex.

Caeduntur tumidae medico ridente mariscae. Culum autem dici putant, quasi culeon, id est, uaginam. Vergilius in Priapeis,

Et quod

Et quod nos culum, culeon ille uocat.

A quadam similitudine tractum hoc nomen est. Nam uirile membrum quasi telum est. Vnde,

Hoc mihi si telum desit inermis ero.

Et Plautus iocorum suorum, theatralisq; licentiæ memor, in Pseudolo. Noctu in uigiliam quando ibat miles, cum tu ibas simul, conueniebat ne in uaginam tuam machera militis? & ille respondit, tanq; de re turpi audiret, I in malam

Anus.

cruce[m]. Et podicem dici anum non miru[m], cum sit rotundus, nam ab ano anulus deriuatur. sed circulum ani quidam

Socus.

antiquorum focum nominant. Hæc pars qua excernimus

Ragades

uarijs morbis afficitur. Sed duobus maxime, hoc est, rhagadibus & fico. Rhagades em sunt fissuræ in circulo ani. Plinius uigesimo tertio naturalis historiæ, rhagadu[m] uulnerib;

Ficus.

Ficosus.

in linteolis imponitur. Ficus autem ob similitudinem dicta est. Est enim quædam res ulcerosa, habens quædam quasi semina ficorum. & hinc ficosus qui huiusmodi morbum patitur. Hanc ficum Iuuenalis ad speciem reduxit,

Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Marisca.

Est enim Marisca species ficorum. Plinius decimo septimo naturalis historiæ. Cato de ficis serendis ita meminit, ficus mariscas in loco cretoso aut aperto serito, in loco autem crassiore aut stercoreato Africanus. L. Columella in eo carmine quod de cultura hortorum facit.

Purpureæq; celidoniæ pinguesq; mariscæ.

Est enim marisca eiusmodi, ut præ pinguedine aperiatur, semenq; ostendat. Ideo in eo epigrammate Martialis,

Donasti lupe rus subinde nobis,

Legitur,

Nec boletus hiare nec marisca ridere.

Nam

nam aperitur saepe. & ob hanc similitudinem obscenae libidinis morbum mariscā dixit Satyrus. quā ueteres rubiginē quoq; dixerunt, nam rubiginem uitium libidinis obscenae Varro interpretat<sup>9</sup> est. De marisca iterū Martialis septimo Infanti melimella dato. fatuasq; mariscas.

Rubigo.

Martialis locus.

At mihi quae nouit pungere, Chia sapit. Vult enim haec duo ficorum genera sapore differre. Nam idem duodecimo,

Chia feni similis baccho, quam Setia misit

Ipsa merum secum portat & ipsa salem.

nam cum merum dixit ad unam retulit, quae Chia dicitur, unde & chium uinum. Cum autem salis meminit, de fico intellexit. utraq; enim Chia dicitur. Sed Macrobius, cum de fico loquitur, albam dicit, & nigram Chiam. Sed inter omnes ficos marisca morbo similima est. Sed hic oritur quaestio propter Priscianum, qui in Sexto libro dicit, etiam hic ficus uitium corporis quartae est, decept<sup>9</sup>, illo epigrammate Martia.

Chium uinum.

Marisca.

Cum dixi ficos rides quasi barbara uerba,

Et dici ficus Ceciliane iubes.

Dicemus ficos, quas scimus in arbore nasci,

Dicemus ficus Ceciliane tuos.

Laurentius autem dicit, posito etiam hoc epigrammate, ex quo ostendit & uitium & fructum quartae declinationis esse, genere autem differre. Ego magis sentio de generis differentia sentire Martialem. Haec Laurentij dicta non me nimium commouent. Vnde fit ut non irascat Laurentio. Nam ipse a Prisciano deceptus, masculini generis ficum pro morbo credidit. Honestus enim est error magnos duces sequentibus, ut ait Quintilianus. Sed nusquam in lingua latina.

Contra Priscianū & Vallā.

Ficus cui<sup>9</sup> generis & declinationis pro morbo & fructu.

Ficus



Ficus masculini generis est, foeminini generis semper, siue sic  
cum siue morbum significet. Iuuenalis mariscam ficum pro  
morbo genere foeminino enunciauit.

Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.

Nam multa sunt quæ morbum significant, & aliud, & tamē  
non mutant genus. Nam uerruca & pro uicio corporis, & pro  
colle, eiusdem generis. & furunculus pro fure paruo, & pro  
morbo. & cancer pro morbo & animali. & clauus etiam pro  
morbo non mutat genus. Ficum pro pomo quartæ & secun  
dæ declinationis esse, testes sunt antiqui. nā Suetonius in ui  
ta Augusti, sic, Et pisciculos minutos & caseum bubalū ma  
nu præssum, & fic<sup>9</sup> uirides biferas maxime appetebat. & Pl  
nius in ficorū autē caricas. De arbore, quid loquemur cū po  
mi & arboris sit sæpe cōmunis appellatio. Vnde & nux pro  
utraq; significatione reperitur. & cerasus & pomū & arbor.  
Marcus Varro. Circa solstitiū inseri ficos, necnō brumalib<sup>9</sup>  
diebus cerasos, pro arbore. Sed pro pomo Propertius,  
Hic dulces cerasos, hic autumalia pruna

Cernis, & æstiuo more rubere die,

Tibullus autem pomum pro arbore,

Ipse setam teneras maturo tempore uites

Rusticus, & facili grandia poma manu.

Sed nis omissis non enim disputationis nostræ est, quartæ  
an secundæ declinationis sit ficus, uel pro arbore uel pro po  
mo. sed illud fuerat propositum, Priscianum & Laurentiū  
Vallensem in genere errasse, cū crediderunt ficum pro mor  
bo masculini generis, male intelligentes Martialis epigram  
ma, & hoc presertim quod caput quæstionis est,

Dicemus ficos Ceciliane tuos,

putauerunt

Nux.  
Cerasus.

putauerunt tuos hic adiectiuū masculinū. per quod ficus iū Martialis  
locus.  
dicarunt masculini generis. Sed norandus est lepos & mor-  
dicitas pariter poetæ in Cecilianum. Nam Martialis a Ce-  
ciliano irrisus, quia ficus quartæ declinationis dixerat, respō-  
det quartæ & secundæ declinationis esse. hoc pacto,  
Cum dixi ficum rides quasi barbara uerba,

Et dici ficos Ceciliane iubes,

Secūda em̄ dūtaxat declinatiois Cecilian<sup>9</sup> ficos putauit esse

Dicemus ficos quas scimus in arbore nasci,  
hic secundæ esse confitetur.

Dicemus ficus Ceciliane tuos,

hic quartæ esse ostendit. Sed eo modo ut Cecilianum mor-  
deat. Et hoc modo intelligit. dicit enim o Ceciliane dicemus  
tuos. id est familiam tuam esse ficos. Tuus enim & meus nō Tuus.  
Meus.  
semper adiectiua sunt. Vergilius in quarto Aeneidos,

dulcesq; meorum

Reliquias colerem.

Idem in tertio.

Cape dona extrema tuorum.

Cecilianum ergo tanquam emasculatorem carpit, quando  
quidem tota familia ficus erat. nam ficus pomum & arbor  
dicitur. Vnde ficos uocauit pueros, tanquā arbores ficos ge-  
stantes. sic etiam idem poeta alibi,

Vt pueros emeret Labienus uendidit hortos

Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

ille igitur pueros habens, ficetū habere dicitur, tanq̄ arbo- Ficus pro  
morbo,  
masculin.  
Hæmor-  
rhoïdes  
uenæ.  
rum multitudinē ficos habentium, sicut salicetum, buxetū,  
oliuetum. est igitur ficus pro morbo sceminini generis, non  
masculini, ut Priscianus & Laurentius errātes putauerunt.  
Sed ad anū perueniunt uenæ, Hæmorrhoides appellatæ, a fluxu

i 2 fluxu

fluxu sanguinis. Sed cum cæcæ sunt, tunc fiunt tubercula quæ  
 dan, quæ uocantur condylomata. de quibus diximus supra  
**Condylo** & de his loquitur Cornelius septimo libro, At tubercula quæ  
**mata.** condylomata appellantur, ubi induruerint hac ratione curā-  
 tur. aliud ante omnia educitur. Tunc uolsella tuberculum  
**Excremē** apprehensum, iuxta radices exciditur. Ab ano exeunt excre-  
**ta.** menta ab excerno dicta, excernere enim est uentrem purga-  
**Excerne** re. Cornelius quarto. Quoniam portæ modo, in inferiores  
**re.** partes, ea quæ excreturi sumus emittit. Oletum autem ster-  
**Oletum.** cus humanum dicunt. Persius.

Veto quisquam faxit oletum.

**Foria.** Foria sunt stercora liquidiora. Vnde & foricas dictas putat  
**Forica.** Crepitus autem, & de alijs, de ano dicitur cum pedit. Plau-  
 tus in Curculione. Vbi quid surripuere operto capitulo, cali-  
 dum bibunt, tristes atque ebrioli incedunt, eos ego si offende-  
 ro, ex uno quoque eorum eijciam crepitum polentarium.

## VERTEBRÆ COXÆ

**Verte-**  
**bra.**  
**Coxæ.**



**A**THORACE siue trunco femora dependent, sed ubi annectuntur sunt uertebrae, quæ coxæ quoque dicuntur. Cornelius Celsus quarto renes uero diuersi, qui lumbis sub imis coxis inhaerent. Iuuenalis,

Hic coxa debilis ambos

Perdidit ille oculos.

Cornelius quinto. at cum uulua percussa est, dolor inguinibus & coxis & femoribus est. Sed coxa id est os uertebrae, uocatur etiam

etiam coxendix. Suetonius in uita Augusti, Coxendice & femore & crure sinistro nō perinde ualebat. Vt saepe etiam inde claudicaret. Quod autem coxa iuncturam uertebrarū simul cum neruo uertebram continente, & os quoq; significet, & superiora declarant, & ostendit Plinius iunior in epistolis. hunc dum sequitur, colligitq; per leue & lubricum pauiumentum fallente uestigio cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate male coijt. Cornelius Clesus quarto, Coxis proxima sunt gēna, de osse intellexit. Hanc quidam sciam uocant. & hinc sciaticos dicunt qui coxendice claudicant. Vertebra libra regit, ut aiunt mathematice. & M. Manilius non dissentis, quandoquidem dixit. Libra regit clunes, quæ ex ipsis uertebris fiunt ac pendent. Quod uertebras libræ Iulius Firmicus tribuat, nō caret ratione. pendentes enim pedes libram representant. De his satis nunc inferiora tractabimus, promiscue anteriora & posteriora. non enim superior ordo seruabitur.

Coxēdix

Scia.  
Sciatici:

## FEMORA



VERTEBRIS ad genua sunt femora siue scēmina. nam utrunq; extat, initium capiunt a parte exteriori ubi tumor natiū desinit. ad interiōri uero ubi flectuntur sedendo. Plautus in Mite, Ecce autē aduortit nixus læuo in scēmine. ore habet læuam manum. dextra digitis rationem computat, feriens femur dextrum. L. Columella septimo. mox etiam conuenit totos tractare & respergere mero, quo familiariores fiāt bubulco, uteris quoq; & sub scēmina manum subijcere, ne ad

Femora.  
Fœmina.

i 3 huiusmodi.

Contra  
Laurētīū.  
Femur  
utramq;  
partē inte-  
riorē siue  
exteriorē  
significat

Femina.

huiusmodi tactum postmodum pauescant, & reclusi qui  
plerumq; foeminibus adhærent, eximantur. Idem in eodem  
Rotundis cruribus, foeminibus torosis ac neruosis, Idem in  
eodem libro. Ceruice ualida, robustis ac latis costis, pectore  
musculofo, & uasto, foeminibus lacertosis, cruribus compa-  
ctis. de toto igitur membro promiscue & femur & femen  
dicitur. quo fit, ut admiremur Laurentij dubitationem, qui  
in hunc prorupit sermonem in elegantijs suis, Femora par-  
tem illam exteriorera significant, femina partē interiorē,  
mollioremq;. quæ se contingunt. uel femora partē antero-  
rem, femina posteriorē. nos autē femen & femur de utra-  
q; parte dici ostendimus, nam idem nomen est. femur em̄ fe-  
moris & feminis facit, ut ait Festus & Martianus iij. Con-  
uertitur R. in. L. & in. n. & in. s. ut niger nigellus, Femur fe-  
minis. gero gessi, est ergo unum & idem nomen. Nam cum  
dicimus, Brachium, & interius & exterius intelligimus. & pe-  
dem & manum. A femore siue femine foeminas dictas pur-  
tant, aut quia in foemine discretio sexus est. aut quia femi-  
nibus crassioribus sunt ut tradūt physici, ob onus foetuum  
substantandum, uel quia in uenerem sunt magis pronæ, cuius  
sedes in femoribus quoq; ponitur. Iuuenalis,  
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes  
Ac susamum dominae femur exclamare coegit.  
Est em̄ uulua cū femoribus, coxis, & inguinibus, cognatio  
quædā, dicente Cornelio, cū uulua percussa est, dolor inguini-  
bus, & coxis, & femoribus est. & ideo apud Iuuenalem,  
Lenonum ancillas posita Laufela coronam  
Prouocat, & tollit pendentis præmia coxæ,  
propter uiciniam & cognationem. Sed femur etiam in sa-  
cris

cris literis pro opere nuptiarum poni, affirmat Hieronym<sup>9</sup> Femur p  
Femina etiam inferiores partes significant. Nam a flexu di ope nu  
cta uidetur. ubi enim iunctura cum flexu pedis est, femina ptiarum.

dicuntur, Plautus in *Asinaria*. Sed tamē tu nempe eos asi-  
nos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtrita ad femina

erant unguæ. Lucretius quarto,  
Proceros passus, ideo uestigia posse

Surarum ac feminum pedibus fundata plicari

Lucius Columella septimo, cū de suffragiosa mula loquere  
tur, ait, femina secari, & interdum iniuri solent. est etiam

pars infra iuncturam, ubi calcanea, ut ita dicā, callosa in be/  
stis sunt. A fœmine uel femore, feminalia & femoralia di/

cuntur. Suetonius in uita Augusti, quare quassato corpore Femina  
neq; frigora neq; æst<sup>9</sup> facile tolerabat, hyeme quaternis cū lia.

pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & femoralia.  
bus & tibialibus inueniebatur. Subligar quoq; & huius par Subligar.

tis tegmentum est, ad honestatem excogitatum, Iuuenalis.

Personam thyrsūq; tenet, & subligar Acci.  
Martialis tertio,

Narrat tē rumor Chione nunq; esse fututam

Atq; nihil cunno purius esse tuo.

Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris,  
Si pudor est transfer subligar in faciem.

Dicitur etiam subligaculum in eadem significatione. Tulli- Subliga/  
us primo de officijs, Scenicorum quidem mos tantā habet culum.

ueterē disciplinā & uerecundiam, ut in scēnā sine subligacu  
lo prodeat nemo. Subligar autē & subligaculū dicta sunt q;

subtus ligent, ad tegēda pudēda corporis. Campestre quo/ Campe/  
q; & pudenda tegit, ad exercitationem campi excogitatum stre.

& est

& est uelamen admodū breue. Horatius primo epistolarū.  
Penſa ſolſtitio campeſtre niualibus auris,

**Succinctoria.** quæ alio uocabulo ſuccinctoria nuncupantur. De quibus ſic  
Beatus Auguſtinus decimo quarto, de ciuitate dei. Campe-  
ſtria id eſt, ſuccinctoria genitalium. Nam quidam interpre-  
tes ſuccinctoria poſuerunt. porro autem Campeſtre latinū  
quidem uerbum eſt. ſed ex eo dictum q̄ iuuenes nudi exer-  
cebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita ſuc-  
cincti ſunt campeſtratos uulguſ appellat. haecenus Augu-  
ſtinus. Sed Hieronymus ita uocauit in primo Geneſeos

**Perizomata.** perizomata. Nā uterq̄ de primis parentibus loquitur. Sed  
hæc tegmenta pudendorū quidam imperiti brachas appel-  
**Bracha.** pellant. Cum brachæ dicantur longa ueſtimēta ex pellibus  
facta. Ouidius in libro de triſtibus,

Pellibus hyrfutis arcent mala frigora brachis

Oraq̄ de toto corpore ſola patent

Idem in eodem,

Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis.

Oraq̄ ſunt longis horrida tecta comis.

Idem in eodem.

Hos quoq̄ qui geniti Graia creduntur ab urbe.

Pro patrio cultu perſica bracha tegit.

**Brachata Gallia.** hinc Gallia brachata dicta eſt. Renonib⁹ enim utebatur, id  
eſt ueſtimentis ex pellibus, quod etiam tangit Propertius.

**Renones** Illi uirgatis iaculantis ab agmine brachis

Torquis ab incifa decidit unca gula.

**Virgata ſagula.** ſed Vergilius de Gallis locutus eſt,

Virgatis lucent ſagulis.

Brachas id eſt ueſtes pelliceas, uirgatas tñ habuiſſe uidet

Galli

Galli, quandoquidem textus duplicem recipiat expositionem, ita ut uirgatas in uirgarum modum deductas intelligant quidam. Vel uirgatas purpureas, ut ait Seruius. Nam uirgæ gallorum lingua purpura dicitur, Sed a Persis prius bracharū usus manauit. Persius,

Brachatis illita medis. Et Iuuenalis,  
Mittentur brachæ, cultelli, frena, flagellum,  
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Artaxata autem urbs est Medorum præclarissima. Femora sagittarius regit. M. Manilius secundo,  
Centauro foemina accedunt.  
Et femur arcitenens.

Artaxata  
Femora  
sub sagittario.

Idem in quarto,

## GENVA



MEMORI annectuntur genua, ibiq; uertebra est Genua. qua sedendo uel ambulando, ita se flectunt, ut literæ græcæ figuram habeant. Ideo uulgo gamma nuncupantur foemina & crura simul. Nam reuera hoc membrum in genu gammoides flectitur, Genu dicitur a parte superiori. Stadius in primo Thebaïdos,

Flexoq; genu uacua ilia tundunt.

A parte uero inferiori, id est, retro uocatur, hic popl. Oui. Poples. dius octauo Metamorphoseon,

Dextroq; a poplite lauum

Præssa genu, digitis inter se pectine iunctis.

L. Columella septimo, Si dolore neruorum claudicat, oleo & sale genua poplitesq; & crura complicanda sunt. Lucretius quarto,

Brachia palpebræq; cadunt, poplitesq; cubanti.

k Sed apud



Sed apud historicos etiam pro tota illa parte nervosa acci-  
pitur. Livi uigesimo secundo, quosdam & iacentes uiuos  
succis femoribus poplitibusq; inuenerunt. Horatius secun-  
do sermonum,

Qui peccas minus, atq; ego cum Fului Rutubæq;

Aut placide iani contento poplite miror Prælia.

Cōgenu-  
do.

Geniculū  
Engona/  
sis.

Ingenicu-  
latū & ge-  
nunixū  
sydus.

Genua  
Miseri/  
cordiæ  
cōsecrata  
Ratio.

A genu uerbum erat antiquum Congenudo, quod est ge-  
nuflecto, ut ait Nonius. A genu geniculum diminutiuum,

Plinius uigesimo, Caule rubro, & longo, densis geniculis,

Vnde & caeleste signum, quod Græci engonasim uocant,

Latini Ingeniculatum & genunixum dicunt. Vitruuius ar-  
chitecturæ nono, Pes ingeniculati, Ouidius octauo meta-  
morphoseon,

Consistuntq; loco specie remanente coronæ

Qui medius nixiq; genu anguemq; tenentis.

Genua sunt Misericordiæ consecrata. de quibus sic Plinius,

Homini genibus quædam & religio inest, obseruatione gen-  
tium. Hæc supplices attingunt. ad hæc manus tendunt.

hæc ut ad aras adorât, fortassis quia inest ijs uitalitas. nãq;

in ipsa utriusq; genu cōmissura, dextra læuaq; a p̄iore par-  
te, gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa

ceu uirgulis spiritus fugit. hæcenus Plinius, nō mirum ergo

quod ait Satyricus, Inde superbi,

Totum regis agrum, nuda & tremebunda cruentis

Erepet genibus, si candida iusserit Io: Et alio in loco,

Propter quod fas est genua incerare deorum.

Et Vergilius tertio Aeneidos,

Dixerat & genua amplectens, genibusq; uolutans

Hærebat.

Supplex

Supplex em Achimenides ad Anchisen confugerat. namq;  
paulopost subiunxit.

Nos trepidi procul inde fugam celerare recepto  
Supplice.

Genua regit capricornus, M. Manilius secundo Astrono.

Capricornus utrifq;

Imperat in genibus.

Genua  
subiacet  
capricor-  
no.

# CRVS



GENV initium capit crus, quod usq; ad talum  
extenditur. Cornelius Celsus tertio, Vltimum  
est iuxta talum ex utroq; crure paulum sangui-  
nis mittere. Ouidius primo metamorphoseon.

Crura notent sentes.

A parte anteriori uocatur tibia. Os enim illud a genu ad pe-  
dem usq; descendens, huius nominis est. Et antiqui & prae-  
sertim Etrusci ex ossibus tibiariu, musica fecerunt instrumen-  
ta, propter qd' tibiae uocauerunt. Horatius in arte poetica,  
Tibia non ut nunc orichalco uincta, tubaeq;

Tibia.  
Tibia ex  
ossibus.  
Tibiae  
unde?

Aemula.

Sed tibia pro numero foraminum diuersitatem sortitur.  
ait enim Varro, Tibiam phrygiam dextram, unum habere  
foramen, sinistram uero duo. quorum alterum acutum red-  
dit sonum, alterum uero grauem. cuius rei non ignarus Ma-  
ro dixit in nono,

Tibia  
Phrygia  
dextra.  
Sinistra.

Vbi biforem dat tibia cantum.

De phrygibus enim loquitur. Sed a tibia osse cuius me-

k 2 minit

minit Higinius in descriptione Persei, in dextro femore, Tibialia. unam ad genu, in tibia unam, dicuntur tibialia. Suetonius in uita Augusti, thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

## SVRAE

Suræ.



PARTE uero cruris posteriore sunt suræ. Vegetius primo Aeneidos,

Purpureoq; alte suras uincire cothurno.

De quibus Plinius ita loquitur undecimo naturalis historiae, Pedes homini maximi. Fœminis tenuiores in omni genere, suræ hominū tantum, & crura carnosa. Crus igitur ex tibia & sura, quæ est collectio carnis, faciens decentem tumore, quod fortitudinis signum in milite putat Vegetius, cum dicit suras non superflua carne distentas, sed duritia neruorū collectas. In cruribus uitia sunt, & morbi plurimi. Nam uari & uarici dicuntur, qui introsum habent re-

Cruris uitia.

Vari.

Varici.

Varices.

Valgi.

tortos pedes. Et hinc uarices appellantur uenæ quædam, in suris inflexæ atq; obtortæ. quarū meminit Cicero secundo Tusculanarū, Cum uarices secabantur C. Mario, dolebat, cum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Sed Valgi, ut Aureliis intellexit, teste Festo, sunt qui peruersas suras habent. Econtrario uari dicuntur incurua crura habentes. Horatius primo sermonum,

Hunc uarum, distortis cruribus.

Honestius enim filiorū uitia patres appellant. Valgi igitur & Vari uidentur oppositi uitio pedum. nam quorum crura ita sinuantur exterius, ut quasi arcus appareant, inter enim crura spatium magnum est, Vari nuncupantur. Sed quorū crura

crura interius ita incuruantur, ut quasi adhæreant suræ, & pedes inter se distent Valgos uocauerunt ueteres, nam Valgus intortus dicitur. Plautus in Milite, Maiorē partē uideas ualgis suauis. Hinc Valgustum fustem unicum dixit anti-  
 quitas. Sed a uaro siue uarico (utruncq; em̄ diximus extare) uaricosus dicitur, nam & uarices hinc quoq; manant. Persius, Dixeris hæc inter uaricosos centuriones. Iuuenalis,

Valgu-  
stus.  
Varico /  
sus.

Varicosus fiet aruspex.

A uaro quoq; uaricor uerbum, cuius compositum in usu est, præuaricor, & huius significatio omnibus fere innotuit. Nam præuaricari, est a recto discedere. Plinius octauo naturalis historiae Arator, nisi incuruus, præuaricatur. Vnde præuaricatoris nomen, inde translatum, hoc crimen in forum. Sed quidam iuris consulti aliorum q̄ dicat Plinius interpretantur, cum significatio ad idem fere redeat. Nam Ulpianus dicit præuaricatore esse, qui aduersam partem adiuuat, pro dita causa sua, allegatq; Labeonem, qui hoc nomen a uariatione tractum sensit, sed ipse Labeonis derivationem improbare uidetur, in titulo de uerborum significatione, ait em̄ præuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & a parte actoris in partem rei concedunt, a uaricando præuaricatores dicti sunt. Hæc Ulpiani dicta cum ueritate concordant, nam in sacris literis hoc uocabulum peculiare fere, & frequens est in ea significatione, cum a recto disceditur. Crura aquarius regit, M. Mamilius. II. Astrono.

Præuari-  
cor.

Præuari-  
cator  
apud Iure  
consultos.

Crurum fundentis aquari

Crura  
sub aqua-  
rio.

Arbitrium est.

Et hoc etiam uidetur dictum, quia crura inuersa, uasorum speciem habet, licet ut ammonuimus, ab apotelesmate hoc

k. 3 tractum

tractum uidetur. nam luna in his signis multa operat. Vnde illud dictum est a Ptolemæo uigesimo, uerbo, libri Fructuum, Verendum esse, membrum ferro tangere, cum luna est in signo illius membri.

• P E R N A •

Perna.



VERTEBRA pedis, ad calcanei finem, Perna uocatur & Petasus. Perna autem a pernitendo sicut & pernix. Vergilius quarto, Pedibus celerem & pernicibus alis.

Petasus.

Ex hoc perna antiqui & petasum dixerunt suis partem. Persius, Et piper & pernae Marci monumenta clientis.

Supnati.

Cato primo de re rustica, Pernas sic salire oportet, in dolio, aut seria. cum pernas emeris, ungulas earum praecindito. salis Romanensis in singulas semodios. Hinc Supernati dicti sunt, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum, ut ait Festus. Vnde quorundam imperitiam admiror, qui terga suis, cum omnibus fere appendicibus pernam significare putauerint. Cum haec dicantur terga, siue

Terga.  
Tergora.

more antiquo tergora. Iuuenalis, Sicci terga suis, rara pendentia crate.

Petasus.

Plautus in Captiuis, Arripuit gladium, pertruncauit tribus tergoribus glandia, aulas, calicesque omnes confregit, nisi qui modiales erant. Idem in eodem loco, Ut ego collos pertruncabo tergoribus. quanta pernis pestis ueniet. quanta labes larido. quanta sumini absumendo, quanta callo calamitas. Sed pernam petasum quoque diximus appellari, Plautus in Amphitryone, Ego has habeo usque in petaso pinnulas. Tum meo patri autem torulus inerat aureus sub petaso. id signum

signum Amphitryoni non erit. Dicitur etiam petaso. onis. Petafo.  
onis  
Martialis tertio,

Capparin & putres capas hallece natantes.

Et culpam dubio de petasone uoras.

Iuuenalis diminutiuum facit

Siccus petasunculus & uas

Pelamidum.

Sed a perna pernio morbus ex frigore a uertebra ad calca- Pernio:  
neum exulcerans. Plinius uigesimo octauo naturalis histo-

riae, Perniones ursinus adeps, rimasq; pedum omnes arcet.

efficacius alumine addito. Petasus pro petasi calciamento Petasus  
p calcia-  
mento.  
ponitur. nam eam partem tegit. Et hinc deriuat petasatus.

Suetonius in uita Augusti, Solis uero ne hyberni quidem Petasar:  
patiens, domi quoq; non nisi petasatus sub diuo spatiaba-

tur. In quadrupedibus Suffragines dicunt eas partes, quas Suffragi-  
nes.  
nomine petasi comprehendit monstrauimus. Suffragines

autem dictae, quia subtus uidentur frangi, cum flectitur lo-

cus ubi pes iungitur cruri. Plinius octauo, cum de cauda bo-

uis loquitur, crescit uni donec ad uestigia ima perueniat,

quamobrem uictimarum probatio in uitulo, ut articulum

suffragines contingat, breuiore non litant. Quod etiam te-

tigit Vergilius in laudem bouis, tertio Georgicon,

Et gradiens ima uerrat uestigia cauda.

L. Columella septimo, Suffraginosae, hordeacea farina im-

ponitur, mox suppuratio ferro reclusa linimentis curatur.

Idem quinto, semper circa crus dolabella dimouenda terra

erit, & si soboles quam rustici suffragines uocant, radicibus

adhæret, diligenter explantanda, ferroq; alleuanda est.

Calx.

## CALX

Calx.  
Calcaneū

RVS finitur in pedem. Sed pes plures habet partes, hoc est, calcem siue calcaneum, siue talum, uolam & digitos, Sed prius de calce. Calx igitur posterior pars pedis a calcando dicta est, unde & calcaneum, Vnde illud in Moreto, Continuis rimis calcanea scissa rigebant. Et Hieronymus, Crinitum calcaneo tenus hominem. Vergilius, Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat. Et hinc est quod calx plerumq; pro percussu pedis ponitur. Iuuenalis,

Aut dic aut accipe calcem.

Calcitro/  
fi.Calx pro  
bitumine  
ædificio/  
rum.Fornax  
calcanea.  
Calcari<sup>9</sup>.

Vnde & calcitrosi dicti. L. Columella secundo, Iuuenemq; recte tractum, calcitrosūq; eum reddidit, nonnunq; tamē admoueat flagello. Sed calx quoq; dicitur bitumen ædificiorum, quia ita lapides simul astringit, ut calcati uideantur. Et hinc fornacem calcaream, & Calcarium, qui præest fornaci dicimus. Cato de re rustica, calcem Partiaris coquendam qui dant. Idem in eodem, Et calcarius ligna conficit ad fornacem. Sed quidam grammatici dicunt calcem pro parte pedis, & pro cemento genere distingui, cum hoc foemini, illud masculini generis perhibeant. attamen apud ueteres uarij codices reperiuntur. Nam in Vergilio & ferrato & ferrata calce, & in Catone calcem arenatum legimus.

Talus.

TALVS



Qs autem quod in calcaneo est, talus uocatur. unde & uestis talaris quæ ad calcanea usq; descendit appellatur. Et est quadrangulus. propter hoc maiores nostri talos uocauerunt cubos & tesseras. sunt enim tali ad ludum. Propertius.

Me quoq; per talos Venerem quærente secundos.

Semper damnosi subsiluire canes,

Hinc diminutiuum taxillus, id est paruus talus. Quod autem talaria dicantur quia talis annectuntur Vergilius iij. Aenei.

Pedibus talaria nectit

tanq; nota relinquimus. Sed qui grandiora ossa calcaneorum habent, unde tali extant, antiquitas uocauit scauros.

Horatius primo Sermonum, Illum

Balbutit scaurum prauis fultum male talis.

est enim pater in uitij filiorum cæcior, ita ut honestius quæ libet appetlet. Et hæc de calce dicta sufficiant.

VOLA PEDIS



VNC de alia parte quæ dicitur uola (nã & manus quoq; est) Et propter hanc rationem uolare, est aliquando pedes, id est uolas mouere. Vergilius sexto.

Ille tantum prodire uolando

id est, ambulando. Nam ad pedum uolas retulit Seruius. Est autem uola concauitas pedis. Manus enim & pedes multa habent similia. Et ideo in sermone plerunq; iunguntur, ut in Terentio manibus pedibusq; obnixè operam daturum. Pe-

dis quoq;

Talus.  
Talaris  
uestis.  
Talarum  
nomē cur  
cubis ac-  
commo-  
datum.

Taxillus,  
Talaria.

Scauri.

Vola per  
dis.  
Volare.

Manus &  
pedes ha-  
bent mul-  
ta similia.



Pedis di- dis quoq; digiti sunt quinq; qui Hisdē fere nominibus ap-  
 giti quin/ pellantur, exceptis salutari & infami digitis. nam in manu  
 ꝑ. medium infamē quoq; digitum appellant. Persius,  
 Infami digito lustralibus ante saluus  
 Expiat.

Pollex pe In pede est pollex. in quo nonnullis fuit uis medica. nam sic  
 dis. de Pirrho rege Epirotarum loquitur Plinius septimo natu-  
 ralis historiae. Sicut Pyrho regi, dextro pede, cuius tactu ly-  
 enosis medebatur. hunc cremari cum reliquo corpore non  
 potuisse tradunt. Sed pollex interdum alios quoq; digitos  
 scandit, & tunc uocatur hallux, ut ait Festus. Sunt igitur no-  
 mina digitorum pedis. Pollex, Proximus pollici, Medius,  
 Medio proximus, & Minimus.

Hallux.  
 Noia di-  
 gitorū pe-  
 dis.  
 Pollex.  
 Proxim⁹  
 pollici.  
 Medius.  
 Medio p  
 ximus.  
 Mini-  
 mus.  
 Planta.  
 Plātaris.

PLANTA



PLANTAE appellatione calcaneum, uola, & di-  
 giti comprehenduntur. Vnde in Moreto,  
 Cruribus exilis spatiosa prodiga planta.  
 Et hinc plātaris adiectiuū. Staius prio thebai.  
 Summa pedum prope plantaribus alligat alis.  
 Nam de arborum plantaribus quid afferam, cum ipsa quo-  
 q; a planta sint. Vergilius secundo Georgicorum.  
 Expectant, & uiua sua plantaria terra.  
 quia plantæ de arboribus sicuti alia fere omnia dicuntur.  
 Idem in eodem,  
 Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum.  
 Dicitur etiam uestigium quod ad alia quoq; cōmune est.  
 Vnde uerbum uestigio in sexto Aeneidos,  
 Ergo alte uestiga oculis & rite repperitum

Vestigium  
 Vestigia  
 re.

Carpe

PES



ED pes totus dicitur & superius & inferius. Nā summum & imum diuerso respectu dici, supra ammonuimus. Vnde in Moreto,

Atq; manu summa lachrymātia lumina terfit. quasi pro dorso manus. Et Satius, Summa pedum alligat, dixit. ligamentum enim dorso pedis fieri certū est, quod uocauit summū, quia imum est uestigium. Pes plurima significat. nā de mēsurā supra memorauimus, Sesquipes uero pedem & dimidium continet. non quinq; pedes, ut quidā Perlij commentator arbitratus est in eo uersu,

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat. Nam sic Vitruuius Architectus secundo, Tria genera laterum unū quod græce Lydium appellatur, id est quo nostri utuntur, longum sesquipede, latum pede. Pes etiā est funis in fine ueli nautici, Vergilius v. Vna omēs fecere pedē.

Pes etiam a multitudine pedum dicitur pater lendis, id est pediculus. Plautus in Curculione, Ut muscæ, culices, pedesq; pulicesq; odio & malo & molestiæ, bono usui estis nulli. Sed a pede hominis membro, bipes tripes & quadrupes & pedalis. Vnde in Priapeis, Pædicabere fuscina pedali.

Sed græce tripos. dis. dicitur trium pedum instrumentum, quod ob auxilium tertij pedis fortius se sustentat, q̄ si bipes esset. Et propter hoc Græcia uiros fortes tripodibus donabat, ipsi enim non facile succumbunt, nec calamitatibus cædūt, imo ita se gerunt, quasi adminiculū habuerint maius

Pes tor?

Pes.

Sesqui pes.

Pes pro fune.

Pes, pediculus.

Bipes. Tripes.

Quadrupes.

Pedalis. Tripos.

Cur uiri fortes a/

pud Græcos, tripodibus do

natētur.

q̄ ceteri, ita ut quasi tertio pede subfulti alios uicerit. Vnde  
 Vergilius nono Aeneidos,  
 Et tripodas geminos auri duo magna talenta.  
 Horatius primo carminum,  
 Donarem tripodas præmia fortium  
 Graiorum.

**Pedare.** A pede pedare, quod est pedamēta, id est palos uitibus ap-  
**Pedamē** ponere. Columella quinto, pedatam uineam iugatamq; se-  
**ta.** quitur colligationis cura. Idem in eodē, putatione enim se-  
 quitur pedandæ uineæ cura. Verum hic annus nondum ue-  
**Caligæ.** hemetem palum aut ridicam desyderat. Sed istorum mem-  
 brorum quæ gammoides flectuntur, tegmenta sunt caligæ.  
 Iuuenalis,

Veniam caligatus in agros.

**Ocreæ.** & horum quoq; tegmenta sunt ocreæ. Vnde in Moreto,  
 Ambit crura ocreis.

**Caligati.** Licet omnia fere corporis uestimenta, & arma, eodem uoca-  
 bulo comprehendantur, ut diximus, & ideo Caligati dicun-  
 tur armati in ea parte quæ caligis uestitur. Iuuenalis,  
 Cum duo crura habeas offendere tot caligatos.

**Manicæ.** Et Manicæ pro armatura manuum, nam de uestimento &  
 uinculis diximus. Iuuenalis,

Si coniugis auctio fiat.

Balteus & manicæ & cristæ crurisq; sinistri  
 Dimidium tegmen.

**Paludati.** Et Paludati armati & ornati, omnia eim̄ militaria ornamen-  
**Paluda-** ta paludamenta dicebant, ut ait Festus. Ad quod illud Iu-  
**menta.** uenalis refertur.

Cunq; paludatis ducibus præsentem marito.

Sed pedis

Sed pedis calceus est. Iuuenalis,

Et si rupta calceus alter

& solea etiam pedum est. Martialis:

Et soleas surripit ille suas,

pro calceis. Sed solea ex ferro, argento, corio, & alia quoque  
re fit. Catullus,

Et supinum animum in graui delinquere ceno.

Ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

Mam mulis, equis & bobus quoque multis in locis soleae fer-  
reae applicantur. Hinc est quoque in Suetonio legimus mulionem  
in itinere quodam ad calciandas mulas defilisse. quia soleae  
ferreae unguis affixae calceorum vicem praebent. A solea so-  
leatus. Martialis duodecimo.

Et si iam lotus iam soleatus erit.

Et econtrario excalceatus. idem in eodem

Ne facere posset tale saepius damnum,

Excalceatus ire coepit ad cenam,

Et illud quoque non est omittendum, nam diximus ex alia  
re soleas fieri. L. Columella septimo, Linimenta sale atque

aceto imbuta applicantur, ac solea spartea pes induitur. So-

lea quoque piscis genus est a similitudine formae appellata.

Plinius in nono, rombi, soleae, passeris, formam habent pla-

men & squillas optimas egerit.

Calceus.

Pelle patet.

Solea.

Solea fer-  
rea.

Soleatus.

Excalcea-  
tus.

Solea  
spartea  
apud Co-  
lumellam  
Solea pi-  
scis.

## PEDVM MORBI



EDVM morbi & uitia sunt plurima. nam podagra Podagra  
gra a contrahendis pedibus dicta, ut morbus ita  
nomen peregrinum, ut ait Plinius, Non enim

I 3 Roma

Roma cum sudando & laborando uiuebat, hoc malum co-  
gnouit. de qua Ouidius,

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Est enim morbus lógus. De quo Cornelius Celsus in iiii. lo-  
loquitur, in manibus pedibusq; uitia longiora sunt, quæ in  
podagris chiragrisq; esse consueuerunt. eã uero raro uel ca-  
stratos uel pueros ante fœminæ coitũ, uel mulieres quibus  
menstrua suppressa sunt tentat. Idẽ cũ de podagra loquitur.

Quidã etiã cũ asinino lacte epoto sese eluissent, in ppetuũ  
hoc malũ euaserũt. Sed a podagra Podagrosus dicitur. Plau-  
tus in Mercatore, Sed tandẽ si podagrosus pedibus esset Eu-  
thicus. Idẽ in Pœnulo, nũc uos quia aduocatos dixi, & testes  
ducere, podagrosi estis, ac uicistis cocleã tarditudine. Est etiã

Podagro-  
sus

Gemursa

morbis Gemursa inter digitos pedũ nascens a gemitu ap-  
pellatus. de quo Plinius xxvi. naturalis historia. Gemursa in-  
ter digitos pedũ nascens. Nunc nõ reperit nomine oblitera-

Vitia pe-  
dum.  
Attæ.

to. Vitia uero pedũ hæc sunt, nã Attæ uocantur qui ppter  
uitiũ crurũ aut pedũ plantis insistent. & atterunt magis ter-  
rã q̃ ambulent, quod cognomẽ, ut Festus inquit, Quintio  
poetæ adhæsit. Et qui malis sunt crurib; aut pedibus aut co-  
xendice, dicti sunt claudi & loripedes. sed tamẽ inter se diffe-

Claudi.

runt. Claudĩ em̃ hi dicuntur qui ex pedibus aut cruribus fe-  
moribusue uitiat, nõ possunt passus facere. nã eos claudũt  
Vnde Salustius in historijs, Equi præ labore claudunt. pro-  
claudicant, Huiusmodi em̃ uerba diminutionẽ cũ actus fre-

Vellico.

quẽtatione significant. nã uellico min; q̃ uello, cãdico min;  
q̃ cãdeo, nigrico minus q̃ nigreo. sed cũ frequẽtia. Vnde

Candico.

claudicare nõ est om̃ino claudere, sed frequẽter & parũ clau-  
dere. bene igit claudĩ dicũtur qui claudũt frequẽter & parũ.

Nigrico.

Claudico

nam

nā spatiū quod in ambulādo est inter pedes, ideo passus nū  
cupatur, quia patēs apertūq; est. a pateo em̄ passum supinū  
est. cū uero nō est passum, clausum dicit̄. & ob hoc claudere  
est de illo spatio intercepto diminuere, & minorē passum fa  
cere, ad quantitātē ipsius spatiū referendo, aut ad tarditatē.  
nā qui tardius ambulat non uidet̄ æquales passus habuisse  
illi qui celerius uenit. quod tā diminutione passus fieri po  
test, q̄ ipsa tarditate ambulādi quæ solet esse in claudo. Vn  
de apud ueteres, uersus Iambicus, scazon dicitur, qui in fine  
nō habet Iambū pedē citū, ut appellat̄ Horatius in arte po  
etica. nā spōdeus qui iambo succedit tardus est. Idē in eodē  
Spondeos stabiles in iura paternā recepit.

Scazondes igitur nomen, quia non ita celeriter ut Iambicus  
purus. claudus est igitur propter tarditatem, ex qua iudica  
mus minores passus esse, cum ambulandi spatium tardius  
dimensum est, cum reuera etiam passus claudi possint spa  
tio recti, sed nō celeritati adæquari. Loripes uero dicitur qui  
quali loropedem ligatū habet, id est contractis neruis clau  
dis, natura uel casu factus, Iuuenalis,

Loripedem rectus derideat.

sed hæc plerunq; confunduntur. Pedes subiacent piscibus.

M. Manilius secundo Astronomicon,

Piscesq; pedum sibi iura reposcunt.



Ed iā habūde dixim⁹, de exteriorē hoīe, s; mul  
ta cōsulto p̄termisim⁹, quæ uel supuacua uel iā  
uetustate abolita, uel nimis obscura aut uulga  
ria dixim⁹. Vnū tñ his addēdū cēseco, oīa fere  
uocabula q̄ de hoīe dixim⁹, nō mō animātib⁹ sed arborib⁹  
q; cōuenire. nā arbores et segetes aiā q; hñt. nā uiuūt,  
adolefcunt

Pedes pi  
scib⁹ sub/  
iacent.

Quæ con  
ueniunt  
homini  
uocabula  
notandū  
est etiam  
de animā  
tib⁹ arbo  
rib⁹q;  
dici.

adoleſcunt & moriuntur & occiduntur. Vergilius iij. Geor.  
 Fer ſtabulis inimicum ignem, atq; interſice meſſes,

Interſice/ Interficere autem eſt a uita priuare. Moriuntur etiam. Ver-  
 re: gilius in Buccolico,

Et fallax herba ueneni

Occidet,

id eſt amittet animam. quam etiã de alijs dici oſtẽdit Plau-  
 tus in Amphitryone, Scin q̃ bono animo ſim? ſi ſitulã iam  
 capero, nunquã cœdepol tu mihi diuino quicq̃ creduiſ poſt  
 hunc diem, ni ego illi puteo ſi occepeſo, animam omnem in  
 tertraxero. De arboribus non eſt mirum. nam ipſas ad ſimi-  
 litudinem hominum natura formauit. quod ita eſſe elegan-  
 tiſſime oſtendit, L. Columella, hiſ uerbis, hac lege pecudes,  
 hac uirgulta progenuit, hac uitium genera figurauit. quibꝰ  
 eadem ipſa mater ac parens, radices uelut quãdam funda-  
 menta iecit. ut hiſ quaſi pedibus inſiſterent. truncum dein-  
 de ſuperpoſuit, uelut quandã ſtaturam corporis, & habitus,  
 Mox ramis diffudit, quaſi brachijs, tum caules pampinoſ  
 q; elicuit, uelut palmas, eorumq; alioſ fructu donauit, alioſ  
 fronde ſola ueſtiuit, ad protegendos tutandosq; partus.  
 Hęc igitur Columellæ uerba contemplanti nõ erit nouum  
 de arboribus quoq; caput, oculos, pollicẽ, crura, pedes, plan-  
 tasq; dici, & alia quæ ſæpe tetigimus. L. Columella quarto,  
 duo uel tres fructuarij oculi, penitus in terram deprimãtur.

Oculi.  
 pollex.

Et de arboribus pollicem dici idem oſtẽdit in ſexto, atq; in  
 frondatione cauẽdum, ne aut prolixiores pollices ſiant, qui  
 ex amputatiſ uirgis reducuntur. Idem in quarto, Vnde for-  
 micis alijsq; animalibus quæ putrefaciunt, crura uitium la-  
 tebræ præbẽtur. Sed alia tanq̃ nota relinquimus. nõne ad  
 ſimilitudinem

Crura ui-  
 tium.

similitudinem hominum, surculi qui nihil gignunt, spadones nuncupantur. Idem in quarto, Et ut ad consuetudinem agricolarum reuertar, eiusmodi surculos qui nihil attulerunt, spadones uocant. De his haecenus.

## NOMEN COGNO

**H**OMINI tam nomen quam cognomen accidit, plerumque nihil significans, aliquando sensum gerit, apud Latinos. Sed apud Graecos & Hebraeos semper fere sunt nomina propria alicuius significationis. apud nos uero quaedam, nam Caesar primus ille cognominatus, qui caeso uentre matris natus est, & ex hac eadem causa caesones quoque uocauerunt, Pisonibus pistrini pilum, Ciceronibus, Fabijs, Lentulis, legumenta dederunt nomen, ut quisque cicer, fabam, lentemue melius serebat, ut legimus in Plinio, Catones sapientes, Neronos fortes lingua Sabina nuncupantur. Scipioni baculus nomen imposuit. Cossos uermium similitudo uocauit. Nam cossi sunt uermes rugosi, qui in ligno nascuntur. Ob quam similitudinem cossos dixerunt rugosos homines. Sed quid de Tuditanis loquemur, cum tudides uocabulo antiquo mallei appellentur. Et propter hoc Tuditanus ille primus cognominatus, qui caput ad similitudinem mallei habuit, ut ait Festus, Agrippas, aeger partus nominauit. nam quorum pedes in natiuitate praecedunt, aegre nascuntur, nam mos est capite nasci. Luranos, lucios & manios, a luce & mane dictos, ipsa deriuatione cognoscitur. cum de populo luraniae (nam is

Hominis  
Nomen  
Cognomen.  
Caesar.  
Caesones  
Pisones.  
Cicerones  
Fabij.  
Lentuli.  
Catones.  
Nerones.  
Scipiones.  
Cossi.  
Tuditanus.

Agrippas.  
Lurani.  
Lucij.  
Manij.

m quoque



- Cæcilius** quoq; Lucanus dicit alia sit ratio, Cæcilius suæ cognationis nomen gerit, si Festo credimus, nam a Cæculo Prenestinae urbis cōditore, uel Cæcade socio Aenæ nominat<sup>9</sup>. nos uero a cæcutiētibus oculis, Cæcilium primum censemus dictum.
- Cæcilia.** quandoquidem Cæcilia dicitur serpens illa cæca bobus inimica, L. Columella septimo, Est & magnorū animalium noxium uirus. nam & uipera & cæcilia saepe cum in pascuo bos improuide supercubuit, laceffita onere, morsum imprimit.
- Marcus.** Marcum uero ab ipso diminutiuum descendens, ostendit  
**Marculi.** marculus, ut ait Festus. quid autem sint marculi, Martialis declarat duodecimo,  
Aerariorum marculi die toto.
- Titii.** Titorum cognomentum ex titulis ortum est, ut ait Festus,  
**Tituli.** Sed milites olim tituli dicti sunt a tutando, ex eo qd̄ uentur patriam, Persius,  
Hic nec more probo uideas nec uoce serena  
Ingentes trepidare titos.  
Sed quidam commētator Persij aliter & peruerse intelligit,  
& titulos librorum esse. Ouidius,  
Legerat huius amor titulum nomenq; libelli.  
Quia scribendo, gesta maiorū autores patriā exēplis ditando defendunt & cōseruant. hortanturq; ad munia reip. capescenda. Tullij dicunt aquarū riui, & sanguinis uehemētes proiectiones, ut apud Enniū, allegāte Festo, didicim<sup>9</sup>. Quintiliani uero Luperci nūcupati sunt, quoniā eis præerat olim Quintilius quidā. Panfæ a planis pedibus. Vatinij a uaris crurib<sup>9</sup> dicti. Plancū planca nominat. Est em̄ planca tabula plana. Palladius in libro generali, plancæ roboreæ supponuntur stationibus equorū, ut iacentibus molle sit, stantib<sup>9</sup>
- uero

**Tullij.**  
**Quinti-**  
**liani.**  
**Panfæ.**  
**Vatinij.**  
**Plācus.**  
**Planca.**

uero durū. Plancū igit̃ dicunt, quia ut planca, planis est pedibus. & qui tales habēt pedes alio uocabulo dicunt̃ Ploti. Vnde poeta dictus est primo Plotus, ppter huiusmodi pedes, deinde Plautus. O em̃ & au, inuicē sibi cedunt, ut Claudius clodius. Et soleas dimidiatas, quibus utebant̃ in uenando semiplotia appellabant, ut ait Festus. Et ob hanc similitudinem plauti dicunt̃ canes, quorum aures languidæ sunt ac flaccidæ. Aut quia latius patēt, ut ait Festus, aut quia planæ sunt, ut planca. Quapropter non absōnū uidet̃ q̃ de seipso Plautus dicit, Plautū offero cum latranti nomine. Sextos, Quintos, Decimos, prænomena, numerus non minus indicat, q̃ Hortensia ab hortis Hortensios. De his satis, nō em̃ omnia perscrutari decreui. Hæc autē posui ne homines putent propria nomina cōmunē habere quantitatem, cum aliquando ipsa deriuatio nominibus tribuat quantitatem.

Ploti.  
Plotus.  
Plautus.

Semiplo  
tia.  
Plauti ca  
nes.

## DE MORBIS CORPORIS

**H**is igit̃ expeditis, ad morbos transeam⁹, qui totū infestant corpus, hoc est, totā corporaturā, sic em̃ uocat̃ habitus & status ipsius corporis. Vitruui⁹ Architecturæ sexto. Sed ex cælo rosçidus aer in corpora fundens humorē, efficit ampliores corporaturas, uocisq̃ sonitus grauiores. De huius ergo morbis sparsim dicem⁹. Horū duplex est ratio. nā quidā partē duntaxat, quidā uero totā corporaturā afficiūt, sed nō omnes referre in animo est, q̃s autē dicem⁹, sunt, Carbunculus, Furunculus, Clau⁹, Pan⁹, & panicula, Elephantiasis, Lichena, Impetilētigo, Verruca, Neuus, Alopecia, Aqua intercus, Morb⁹ regi⁹, Morb⁹ arcuat⁹,

Corpora  
tura.

m 2 Resolutio

Resolutio neruorum, Lepra, Phanaticus error, Phagedine,  
 Vari, Hictericus, Cancer, Sacer ignis, Hemitriteus, & alij plu-  
 res. Sed nunc de his, Carbunculus est quædam suppuratio  
 sic appellata ob similitudinem carbonis, Carbo autem dicitur  
 ignitus & extinctus. Plinius decimo octauo naturalis hi-  
 storix, Et cum cinis in foco cõrescit, & cum carbo uehemen-  
 ter perlucet, de ignito intellexit. Persius,  
 Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.  
 Pro nigro & extincto. Morbus igitur utraq; ratione dicitur,  
 ardore em̄ habet & nigredinẽ. ideo græce anthrax appellat,  
 id est, carbo. Propter hanc igitur rationẽ carbunculus mor-  
 bus dicitur, & utramq; gerit significacionẽ. nam p̄ ignito car-  
 bunculo in Cicerone legim⁹, Prometheus, qui carbunculos  
 mortalib⁹ corrogaret, carbunculos p̄ ignitis, & non modo  
 animalia, sed fata quoq; & arbores infestat, Pli. xvij. Pleriq;  
 dixerẽ rorem inustum sole acri frugib⁹ rubiginis causam ef-  
 se, & carbunculi in uitib⁹. Sumit̄ aliquñ p̄ terra, ubi tessellæ  
 lapideæ & nigræ reperiunt̄. Rutilius Palladius, In ianuario  
 mense Carbunculus nisi stercoret̄, macras uineas reddit. Pli-  
 nius sedecimo naturalis historix, Maximeq; sabulũ humi-  
 dum aut carbunculũ, aut tophaceam formã. Alias p̄ lapide  
 preciosũ. Idem trigesimo septimo, Principatum habent car-  
 bunculi a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sen-  
 tiant ignes, & ob id a quibusdã apyrastæ nominati. Furuncu-  
 lus a fure diminutio est. Is em̄ morbus extrema quædam  
 occupat, ibiq; quasi furtim nascitur. Idem uigesimo, Ly-  
 cus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Pa-  
 nos furunculos incipientes, duritias omnes, uel cocto, uel  
 crudo illini utiliter putant. Clauus furunculi species, sed per-  
 petuus

Carbūcu-  
lus.

Anthrax

Apyra-  
stæ.

Furūcu-  
lus.

Clauus.

petuus fere. nam hic quoq; extremitates aggreditur. sic ap-  
pellatus, quia ita pungit, ut quasi clauus ferreus infixus ui-  
deatur, nam caro durefcit in callum, semper fere pungentē.

Et hic uidetur poetarum hostis, nam ætate nostra IANVM  
Episcopum Quinq; ecclesiarum, uirum summæ doctrinæ,  
rebus gestis clarum, ac poetam illustrem, qui nuper elegan-  
tissimo stilo Panegyricum de uita Guarini Veronensis He-

Ian<sup>o</sup> Pā-  
nonius,  
clauo la-  
borauit.

roico carmine cecinit, maxime infestat, in digito enim pedis  
locatus non patitur tactum calcei. Et Sylius Italicus huius  
quoq; causa a uita recessit. De q; Pli. iunior in. iij. epi. Modo  
nunciatus est Sylius Italicus in Neapolitano suo inedia fi-

Syli<sup>o</sup> Ita-  
licus Cla-  
uo perijt

nisse uitam, causa mortis, ualefudo, erat illi natus insana-  
bilis clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia  
decucurrit. Plinius decimonono, Clauis pedum illini, item  
lienis & temporum doloribus. Panus, cuius diminutiuum

Panus.  
Panicula:

paniculam dicit Priscianus, est tumor in inguinibus maxi-  
me, sed alia quoq; membra infestat. Dicitur autem panus a  
formæ similitudine, ut ait Nonius. Plinius Parotidas panos  
sanat. Sed Parotis nuncupat tumor iuxta aures remanens

Parotis.

plerumq; ex febre. hic autem adiectiuum est. Elephantiasis  
ab elephanto dicta propter similitudinem cutis, cuius me-  
minit Plinius uigefimosexto naturalis historiæ, Elephantia

Elephan-  
tialis.

facie per totū corpus maculosum uarijs coloribus, inæquali  
cute, alibi crassa, alibi tenui, alibi dura, alibi ceu scabie aspe-  
ra, ad postremum nigrescens, & ad ossa carnem apprimens,  
in tumescētibus digitis in manibus & pedibus. Sed corpus,  
ut ait Cornelius tertio libro in elephantiasi emacrescit. Hui<sup>o</sup>

tædio uidet interijisse Festū, de q; Martialis primo Epigram.

m 3. Indignas.

Indignas premeret pestis cum tabida fauces.

Inq; ipsos uultus serperet atra lues.

Siccis ipse genis flentes hortatus amicos

Decreuit stygios Festus adire lacus.

- Lichena.** Lichena, quã latini mentagram appellant, quoniã a mento  
**Mētagra** incipit, est morbus faciem, collum, pectus, manusq; fœdo  
 quodam furfure occupans. Hanc quidam iuniores falso pu-  
**Impeti-** tauerūt esse impetiginē. Nam Impetigo est quædã cutis fœ-  
**go.** datio serpens cum pruritu, quapropter quidã minus idonei  
**Serpigo.** serpigine nuncuparūt. & quia uolare, id est, celeriter crescere  
 uident, uolaticã scabiem uulgo appellāt. sed impetigo ab im-  
**Volatica** petu nomen sumpsit, subito enim uenit, Q. Serenus,  
**scabies.** Si uero uitium est quod ducit ab impetu nomen  
 Hoc matutina poteris prohibere salua.
- Lētigo.** Lentigo a lente legumēto dicitur, est enim macula subrufa, &  
 interdum nigra, faciem corpusq; occupans. Plinius uigesi-  
 mo, cū de atriplice loquitur, Nec nisi mutata sæpius aqua co-  
 quendum, stomacho cōtrariū esse, lentigines & papulas gi-  
 gnere. Idem in eodem, cum sæuo uitulino uel melle, sugilla-  
 tis illinitur, cum melle & uua passa, & aceto lentigini nigrae,  
**Alopæ-** Alopæcia per se nota. Est enim depilatio ad similitudinem  
**cia.** uulpis, unde & ipse morbus dicitur. ἀλώπηξ enim uulpes  
 & ἀλώπηξ.  
**Verruca.** græce dicitur. Verruca est caruncula nascens sine pruritu, &  
**Fabius** in corpore eminens, & eius sanguis alias quoq; facit suo con-  
 tactu. & Fabius Maximus cognominatus Verruca, quoniã  
**cognomi** hoc erat malo turpatus. Vnde, Q. Serenus,  
**nat<sup>9</sup> Ver-**  
**ruca.** Interdum existit turpi Verruca papilla.  
 Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhæsit  
 Qui solus patriæ cunctando restituit rem.

Aetruca

A uerruca uerrucosus, uerrucis quasi tuberculis plen<sup>9</sup>. Perfi. Verruco'  
Sunt quos Pacuius & uerrucosa moratur sus.

Antiopa.

Et antiqui locum æditum Verrucam uocauerunt. Neuus est Neuus  
caruncula etiam eminens paululum, in quo sæpe sunt pili.  
& naturalis est, nam cum homine nascitur, & plerumq; sub/  
crescit. nec indiget medicamēto, nec reuera morbus est. Ho/  
ratius primo Sermonum,

Egregio insperatos rependas corpore neuos.

Aquam inter cutem, siue subter cutem latine dicunt, græce Aqua in/  
uero Hydropem. Horatius in carmine Lyrico, ter cutem  
Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Hydrops

Nec sitim pellit nisi causa morbi

Fugerit uenis & aquosus albo

Corpore langor.

Hunc morbum aliquādo expulsū narrat Plinius septimo  
naturalis historię. Sic Iulium Viatorem equitem Romanū  
e Vocontiorū gente foederata, in pupillaribus annis, aqua  
subter cutem fusæ morbo, prohibitum humore a medicis,  
naturam fecisse consuetudine, atque senecta caruisse potu.

Sed hydropis tres species a medicis, & a Plinio, & Cornelio  
ponuntur. Ascites ex humore. Tympanites, quia corpus ut  
tympanum. Hypofarca cum caro subcreſcit corpusq; tume/  
facit. Sed hydropicum Cato, ut ait Festus, ueterosum ap-  
pellauit, in sermone ubi dicit, Veterosus q̄ plurimū bibit. Ascites.  
Tympanites.  
Hypofar-  
ca.  
Vetero-  
sus.  
Vetern<sup>9</sup>.

Et ad hunc sensum loquitur Horatius,

Fuñesto nolis corpus arcere uetero.

Sed alij & maxime Vergilius Veternū, aggrauantē somnū  
appellant, ut est in Georgicis,

Nec

Nec torpere graui passus sua regna ueterno.  
Et hinc Vternosos somno graui oppressos nuncupamus,  
quod non sine ratione est. Nam humor & hydropem facit  
& somniculosum. Et huius rei non ignarus poeta dixit.

Et iam nox humida caelo

Præcipitat, suadentq; cadentia sydera somnos.

Somnus  
nocet ner-  
uis.

Dormitio est inimica neruis, qui cum de natura sui, sint sicci,  
facile nimia humiditate læduntur. Vnde fit ut somniculosi,  
& ebrii, uix possint pedibus cōsistere, neruis, tanq; corporis  
catenis, nimia humiditate solutis. Vternosum ergo Cato  
hydropicum nominando, ad causam respexit communem,  
humiditas em̄ utrunq; uitiat. Hinc illi sales Publii Syri, qui  
de hydropico in sole iacente dixit, Aquam calefacit. Sed re-  
gium morbum de quo Horatius in arte poetica,  
Aut mala quem scabies, aut morbus regius urget.

Regius  
morbus.  
Arcuat<sup>9</sup>

Antiqui arcuatam quoq; a colore arcus caelestis dicunt. De  
quo arcu poeta inquit,

Mille trahit uarios aduerso sole colores.

Sed quare regium dixerit, audiatur Cornelius Celsus in ter-  
tio libro, cum de regio siue arcuato est sermo, Color autem  
eum morbum detegit maxime oculorum, in quibus quod  
album esse debet, fit luteum, soletq; accedere sitis & dolor  
capitis, & frequēs singultus, & præcordiorū dextra parte du-  
rities. Idem in eodem, Per omne uero tempus utendum est  
exercitatione, frictione, si hyems est balneo, si æstas frigidis  
natationibus. lecto etiam & conclaue cultiore, clauso loco,  
uti ludis, lasciuia, per quæ mens exhilaret, ob quæ morbus  
Regius dictus uidet. Arcuatus igitur a colore, Regius uero  
ppter curam qua indiget, dictus est, ut, ex sermone Cornelij  
deprendimus.

deprendimus. Est & resolutio neruorum, quam Græci Paralytim uocant. de hac Tertullianus in apologetico, cum de CHRISTO loquitur, Cū ille uerbo dæmonia excuteret, leprofos mundaret, paralyticos restringeret, mortuos deniq; uerbo redderet uitæ. Restrictus ergo resolutio cōtrarius est. Lepra duplex est, & illa quæ nō nisi auxilio diuino curatur, omnibus fere nota, quam malā scabiem Horatius in Arte Poetica nominauit.

Resolutio neruorum.  
Paralytis Restrictus

Lepa.  
Mala scabies.

Aut mala quem scabies, aut morbus regius urget, & alia quæ minus lædit & curabilis est. Plinius xxiiij. lachryma uitium, ueluti gemma, lepras & lichenas, & psoras nitro ante præparatas, sanat, Phanaticus autem is appellatur, cui multæ uanæ apparitiones sunt. & hi imaginibus quibusdā non mente fallūtur. quales insanientem Aiacem uel Horrestem percepisse Poetæ ferunt. sapiebant quidem sed oculis obuersabantur falsæ imagines & uanæ apparitiones. ideo hunc morbum Errorem uocauit Horatius in Arte Poetica. Aut Phanaticus error & iracunda Diana.

Phanaticus.

Error.

De his igitur ita uexatis sic loquitur Cornelius Celsus tertio, Si imagines fallunt, ante omnia uidendum est, tristes an hilares sint, in tristitia nigrum ueratrū, deiectionis causa, in hilaritate album ad uomitum excitandum dari debet. Phagedinas medici uocant quædam ulcera quæ ita carnem corrodunt, ut comedere uideantur. φαγειν enim græce comedere est. Plinius uicesimo naturalis historiae, Ulcera quæ phagedinas uocant, folia & radix recens cum melle sanant. Varii dicuntur a quibusdam iunioribus uarioli, sunt pustulæ cū febre nascentes pueros maxime infestantes, licet & grandes natu plerunq; occupēt. Plinius xxiiij. naturalis historiae. Cō-

Phagedinas.

Varioli.  
Varioli.

n tra ser



tra serpentium ictus trita dragmis duabus bibitur. vitia cutis  
 in facie, uarosque & lentigines, & squillata emendat & cicatri-  
 ces. Ictericus, morbus, & homo morbosus dicitur a colore.  
 Est enim icteris graece latine ficedula auis, quae est crocei colo-  
 ris. quidam putauerunt Icteritiam esse arcuatum morbum quod  
 non omnino uerum est, nam recte dici potest esse arcuati spe-  
 ciem, propter colorem, cum causa & cura huius sint longe diuer-  
 sae. hic enim morbus periculosus est, praesertim si per septem dies  
 febre antecedit. Unde Hippocrates in Aphorismis. icteri-  
 tia quae in febribus acutis ante septem dies apparuerit, timorem  
 portendit. quae post septimum, salutem. nam ita in eodem libro Hip-  
 pocrates, Quibuscumque in febribus septima, aut nona, aut de-  
 cima, aut quartadecima, icteritia superuenerit, bonum, si non  
 dextrum hypocondrium durum fiat. si uero non, non bonum. Causa  
 autem huius morbi est ictus morsusue uenenosorum animalium  
 potio ueneni. Consuetudo cibi, potusue calidi, sanguinem in-  
 cendens, biliosumque facientis. In febribus igitur acutis mor-  
 bus iste salutem nunciat, nisi uenerit ante septimum diem. Nam si an-  
 te septimum uenit, apparitio sui, non est ex naturali actione, sed  
 potius ex morbi acumine & uehementia. Unde fit ut huius  
 morbi salus, aut desperatio non nisi a perito medico iudicetur  
 & ideo Iuuenalis,  
 Consulit ictericae lento de funere matris,  
 non enim quiuis obseruauit numerum dierum, nam ante septi-  
 mam perniciosum dicunt, post uero salutiferum, nam, ut dixi-  
 mus, si septima, nona, aut quartadecima superuenerit mor-  
 bus iste, bonum est. Cancer dicitur a similitudine animalis,  
 multas enim radices agit, de quo Ouidius,  
 Utque malum late solet immedicabile cancer.

Serpere

Serpere & illæfas uitiatas addere partes.

Et Hippocrates in Aphorismis, Quibuscunq; cancri absco-  
diti fiunt, non curare melius est. Curati enim citius pereunt,  
nō curati longo tempore proficiunt. Huius species est Can-  
crena, quæ, ut ait Plinius, sanari potest. nam & carcinoma, a  
cancro etiam deriuatur, qui græce carcinus dicitur, Luca-  
nus decimo nono,

Cancre/  
na.  
Carcino-  
ma.

Et idem q; carcinus ardens,

Humidus Aegoceros.

Est autem carcinoma uomica, plures habens cauernas sani-  
em eiectantes, Plinius uicesimo naturalis historiae, Aqua  
quoq; eius decocta neruos articulosq; mire iuuari si foueā-  
tur ulcera & recentia & uetera carcinomata, quæ nullis alijs  
medicamentis sanari possunt. Sed q; Suetonius in libro se-  
cūdo de duodecim Cæsaribus scribit, Agrippam nepotem,  
& duas Iulias hoc est filiam & neptem, non aliter ab Augu-  
sto appellatos quā tres uomicas, ac tria carcinomata sua, a  
quadam similitudine huius foedi, & incurabilis morbi di-  
ctum cognoscimus. Sacer ignis sunt pustulæ ad similitudi-  
nem uarorum celeriter corpus corripientes. dicitur autem  
ignis, quia corrodit & consumit. & sacer quia exécrabilis,  
Vergilius,

Augusto  
in quem  
seniū ne-  
poti & ne-  
potes,  
tres uo-  
micas &  
tria carci-  
nomata  
dixerit.  
Sacer  
ignis.

Auri sacra fames.

L. Columella octauo, est & insanabilis sacer ignis, quam pu-  
stulam uocant pastores. ea nisi conspicitur intra primam  
pecudem, quæ tali morbo correpta est, uniuersum gre-  
gen? contagione prosternit. siquidem nec medicamen-  
torum, nec ferri remedia patitur. nam pene ad omnem ta-  
ctum excādescit. Idem in eodē, ut uiuam pecudē quæ fuerit

n 2 pustulosa.

itia cutis  
& cicatri  
a colore.  
cei colo-  
ū quod  
uati spe  
ge diuer-  
ptē dies  
s. icteri  
t. timorē  
pro Hip  
a, aut de  
si non  
Causa.  
animaliū  
uinē in-  
is mor-  
Nā si an-  
ioe. sed  
t ut hu-  
ico iudi-  
nte septi  
a, ut dixi  
rit mor-  
animalis.  
Serpere

puftulofa, refupinam obruamus. Plinius xxiiij. fiftit reuma-  
tismis earum partium, & mulierū mēfes. panos difcutit nō  
dum exulceratos, & anginas & facros ignes cum cera. Ver-  
gilius tertio Georgicon.

Verum etiam inuifos liquis tentarat amictus,  
Ardentes papulæ atq; immundus olentia fador  
Membra fequebatur, nec longo deinde moranti,  
Tempore, contactos artus facer ignis edebat.

Hemitri-  
taus.

Hemitritæus eft species tertianæ fic dictus, quia tertio die re-  
uertitur. Sed ex quadraginta & octo horis, quæ duos dies  
integros faciūt, fere triginta & sex occupat, per accessionem.  
interdum uero uel minus uel plus. nec ex tota remiffiōe de-  
fiftit, ut ait Cornelius, quiefcit ergo æger duodecim fere ho-  
ris quod eft dimidium diei, unde hemitritæum dictum pu-  
tāt. Quidam uero iuniores hemitritæū ex duabus febribus  
compositū putant, quod fi ita eft, duæ quidē accessiones ue-  
hemētes, & illa quæ die quietis accidit, remiffior, faciūt hoc  
nomen, ut tertia illa, inter tres fit fere accessio dimidiata, uel  
in medio pofita, de hoc Martialis.

Vri Tongilius omnia dicitur hemitriteo.

Sed inter omnes febres, Hemitritæus quoq; grauis & peri-  
culofus eft. Nam tertio die reuertitur, & parum quietis ha-  
bet, quandoquidē ex illis diebus quos accessiones occupant  
non nifi duodecim horarū spatiū datur quieti, & in hoc fen-  
fu apud antiquos capitur. nam in illa duplicis febris signifi-  
catione, non memini me legiffe apud idoneos. Hæc autem  
morborum genera attigimus quæ sparsim omne corpus in-  
festant, nō enim sunt morbi alicuius membri peculiare, fed  
promifcue omibus membris accidentes. De quibus cū fatis  
dixerimus.

DE HOMINE EXTERIORI LIBER PRIMVS. 51  
dixerimus, spatium & magnitudo libri admonet, ut perfecto exteriori homine, ad interiorē ueniamus. ubi permulta cognita digna noscentur, sed relatu turpia in quibus ueniam peteremus (non enim quæ natura celauit sine rubore propalari posse uidentur.) nisi ecclesia nos moneret, urgente synceritate historiæ, posse quoque dictu obscena, & relatu scæda, etiam in medium hominum afferri. nam ipsa quoque decantat. Omne masculinum aperiens uuluam, & in medio templo, inter sacrificandum in cōspectu uirginum & matronarum, in cœtu sanctissimorum hominū, & præputium, & alia quoque quæ dictu turpia iudicantur, dicere nō erubescit, nam quid afferamus illa, quæ in Canticis Canticorū, Christianorum sanctitas semper dicere sine ullo honestatis uelamento non ueretur. ex quibus illud est, Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. & illud quoque, Dilectus meus mihi misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactū ei⁹. & alia plura. Ex quibus audatiam sumpsimus, omnia etiam in conspectu grauissimorum hominum, qualiacumque fuerint, quæ ad hominem spectant, latine hoc est, sine aliquo uelamento scribere, sicut in superioribus fecimus.

GALEOTTI MARTII NARNIENSIS,  
LIBRI PRIMI, DE HOMINE EXTE  
RIORI, FINIS.